n. 15

CASTEL
RITALDI

1576

REPERTORIUM TOTIUS PRESENTIS LIBRI STATUTORUM:

De electione potestatis et eius officio.	R.	1
De capitulis observandis per Potestatem.	R.	2
De collectis seminis per laboratores terrarum.	R.	3
De ordine Arenghe.	R.	4
De electione consiliarior(um) et eorum officio.	R.	5
De electione cameraniorum et eorum officio.	R.	6
De electione baiulorum et eorum officio.	R.	7
De Suspensione Statutorum.	R.	8
De Arbitrio potestatis.	R.	9
De Auctoritate Priorum.	R.	10
De auctoritate viariorum.	R.	11
De auctoritate Estimatorum.	R.	12
De officio massariorum.	R.	13
De officio operariorum sancte Marie de Bruna	R.	14
Omnes pecunie cois deponantur in cassa	R.	15

SECUNDI LIBRI DE CIVILIBUS

De civilibus causis	R.	1
De reo confitente debito	R.	2

Iv

De modo procedendi in executione instrum.	R.	
Forenses debitores [illegible] summarie compellantur	R.	4
Cause inter coniunctos compromittantur	R.	5
De fideiussoribus à forensibus dandis	R.	
De partito in iudicio fiendo	R.	7
Iuramento artificis credatur.	R.	8
De causis summariis decidendis		9
Bona cois diuidantur inter certas perso[nas]		10
De refectione expensarum	R.	11
De absentiis allegandis	R.	12
De pena actoris non comparentis [illegible]	R.	13
Mulier dotata non possit [illegible] nisi per instrum.	R.	14
De quarta parte dotis remanente viro u're defuncta	R.	15
De pignore recolligen.	R.	16
Nulla dos dari possit in tenuta.	R.	17
Iuratum de fuga debet capi	R.	18
De Sequestro fiendo forensibus	R.	19
In venditione possit cogi summarie ad suscipien. iudicium	R.	20
De pena venden. rem duobus vicibus	R.	21
De modo immittendi in tenutam	R.	22
De examine testium	R.	23
De probatione etatis filiorum	R.	24
Nemo possit petere debitum iam solutu	R.	25
De instrumentis fictitiis	R.	26
Minores quatuordecim non possit testificari	R.	27
De ordine Seruandi in instrumentis minorum	R.	28

TERTII LIBRI MALEFICIORVM. TABVLA

De modo procedendi in maleficijs	℞	1
De pena maledicentis Deum et sanctos.	℞	2
De pena percutientis aliquem cum armis	℞	3
De pena facientis rixam seu rumorem	℞	4
De pena insultantis aliquem cũ armis	℞	5
De pena euaginantis arma	℞	6
De pena capientis aliquẽ per personã	℞	7
De pena improperantis iniuria	℞	8
De pena committentis rem alienam.	℞	9
De pena facientis falsum testimoniũ	℞	10
Filiusfamilias in iudicio possit interesse	℞	11
Quomodo inter coniunctos procedat in maleficijs	℞	12
De duplicatione penarum.	℞	13
De beneficijs admittendis.	℞	14
Potestas non possit aliquẽ cogere ad cõfiten maleficiũ	℞	15
De pena iniuriantis potestatẽ seu priores	℞	16
Potestas possit procedere de similibus ad similia	℞	17
De pena ludentis ad ludũ taxillorũ	℞	18
De pena interficientis animalia aliena	℞	19
De pena molestantis aliquẽ in possessione	℞	20
De pena claudentis annitum	℞	21
De pena mutantis viam uel cursus aquar	℞	22
De pena opponentis se bando.	℞	23
De pena non accepeantis officium	℞	24
De pena facientis turpidinem in plateis ecc.is et vijs	℞	25
De pena facientis rumorem ante ecc.am S.te Marinę	℞	26
De pena feneratorum	℞	27

II v

De pena extrahentium caminos et [illegible] in Senatis — R. 28
De pena projecentis lapidem ad domos alterius — R. 29
De pena non probantis accusam — R. 30
De pena intrantis aliunde q̃s per portam — R. 31
De pena portantis arma — R. 32

QVARTI LIBR EXTRA ORDINARIORVM TABVLA

De possessionibus vendendis pro formis molendinor. — R. 1
De arboribus et sepibus incidendis. — R. 2
De remotione et disgombratione lamaru — R. 3
Q'd statutu loqués cōn libertaté S. M. E. sit cassum — R. 4
De salario soluen' numptys se ambasciatoribus cōis — R. 5
De remotione capidecinorū et obligation' custodum — R. 6
De Cereis dandis Ecclesys — R. 7
Condemnatio facta non possit remitti — R. 8
Principalis teneatur suum fideiussoré conseruare indēné — R. 9
De formis molendinis cauandis — R. 10
De molendinis et arte ipor. — R. 11
De foueis cauandis et manutenen — R. 12
De aqua stillicidiorum. — R. 13
Nemo liceat in tatarena et [illegible] lapides projcere — R. 14
Cōitas teneatur defendere terrā in confinibus — R. 15
De pena damnum dantis in Carbonaria cōis — R. 16
De muris emendis. — R. 17
De modo seruando in contractibus mulierum — R. 18
De pena aucupantium ad columbas. — R. 19
Coptinarii macelli non possint tenere nisi 70 uerueces — R. 36

De pena facientis paratam in aluo tatarene &c.	Rx	20
De instrumento recolligendo	Rx	21
De [illegible] manutenendis	Rx	22
Coptimatores cois teneant' obseruare capla	Rx	23
De modo vendendi vinum ad minutum	Rx	24
Quod porchettarij possint retinere porcos certo modo	Rx	25
De modo vennendo Veruecum	Rx	26
Quod homines dci c'i possint retinere porcos certo modo	Rx	27
forenses habitantes possint retinere bestias certo m°.	Rx	28
Emolumenta cassinitallor' appaltent' certo modo	Rx	29
De pena retinentium bestias pecudines	Rx	30
De pena vendembiantis ante ordinē	Rx	31
Potestati credat' in damnis datis et extraordinarijs certo m°.	Rx	32
De [illegible] custodiendis	Rx	33
De modo vendendi emolumenta cois	Rx	34
Quomō soluant' dotes	Rx	35

QVINTI LIBRI DAMNO RVM DATOR.

Potas teneat' facere obseruara capla danor' dator'	Cap°	1
le bestie grosse ouer minute dd. nel zaffarame	cap°	2
Bestie grosse ò menute dd. nel grano	cap°	3
Bestie dd a biadi legumi surchi panichi &c.	cap°	4
Bestie dd. a Moscatelle cauli agli ce[illegible]	cap°	5
Bestie pasculante Horti de[illegible]	cap°	6
Bestie dd a gianne oliue mela &c.	cap°	7
Bestie à dd. a canepa lini &c.	cap°	8
Bestie à dd. a mete a barconi de grano	cap°	9
Bestie à dd. a paglian a mochi de paglia	cap°	10
Bestie à dd. in terre bannite	cap°	[illegible]

III

Bestie che rodono le pergule capo 12
Bestie che fanno danno alle pergule che giacciono in terra capo 13
Bestie che fanno danno alli piantoni capo 14
Bestie che fanno danno alli alberi fruttiferi cioè mela pera &c. capo 15
Bestie dannodante à insiti de frutti capo 16
Bestie scorzando ò rodendo pertiche de qualunche piante capo 17
Bestie dd. à dette pertiche rodendo da alto frasche &c. capo 18

Danni manuali

Chi appromasse con bestie fra grani capo 19
Chi facesse danni à horti de moscatelle capo 20
Chi cogliesse vua capo 21
Chi fusse trouato portar piu de tre graspi de uua capo 22
Chi fusse trouato dd. coglendo mela pera nuci fiche capo 23
Chi fusse trouato dd. battendo gianda capo 24
Chi fusse trouato a meter grani biadi toglendo grugni de grano capo 25
Chi fusse trouato a togher legumi de mete ouer barchoni capo 26
Chi fusse trouato à cogher faue cici et altri legumi capo 27
Chi metesse ò carpesse veccia nelle possessioni de altri capo 28
Chi carpesse ò metesse surco ò panico capo 29
Chi toglesse canepa o carpesse canepa o lini de altri capo 30
Chi daggesse danni in horti apparati capo 31
Chi mozzasse arbori da piede capo 32
Chi scapecciasse arbori capo 33
Chi facesse fronde nelli arbori de altri capo 34
Chi cauasse pertiche piantate capo 35
Chi cauasse pertiche de horti capo 36
Chi mozzasse pergule capo 37
Chi toglesse paglia ò fieno de pagliari capo 38
Chi toglesse scaglioni capo 39
Chi toghesse oliua capo 40
Chi toghiesse ~~frasche de frasche~~ fascie de frasche capo 41

Chi facesse danno alle ginestre	cap.o	42
Chi sterpasse o mollasse sterpi	cap.o	43
Chi spedasse o mollasse cirquighe	cap.o	44
Chi levasse le pietre della pretagia	cap.o	45
Chi togliesse barcelloni	cap.o	46
Chi sparasse le possessioni de altri	cap.o	47
chi mollasse sepe et spini	cap.o	48
Chi negasse il suo nome	cap.o	49
Chi non volesse giurare	cap	50
Che li forestieri paghino come quelli del luogo	cap.o	51
Tutte pene la notte se raddoppino	cap.o	52
Chi fosse trovato portar barcelle	cap.o	53
Delli pegni che se farranno nelli dd.	cap.o	54
le pene delli dd. se debiano rescotere fra un certo termine	cap.o	55
Delle persone che nõ sonno obligate pagar nelli dd.	cap.o	56
li giorni festivi se possano lavar certe sorte de panni	cap.o	57
Chi facesse giogli in grani	cap.o	58

VI^v

VII

[illegible]

STATVTA CASTRI RITALLORꝫ MAG.CÆ CIVITATIS SPOLETI

In noĩe s.me et individue
Trinitatis pr̃is et filij et sp̃us s̃ci am̃ ad
laudẽ honorẽ et reueren. oĩpotentis Dei et
gloriosiss.æ Mariæ virginis m̃ris eius, et beatoru
Petri et Pauli ap̃loꝝ et ad honorẽ et laudẽ ac gloriam
sctæ Marinæ virginis et gloriosi s̃cti Martini protectoꝝ
cõis et hoĩum castri ritalloꝝ, et oĩum s̃c̃toꝝ totius celestis
Curiæ triũphantis et etiam ad honorem et magnifi-
centiam sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ s.mi in
Christo patris et D. N. D. Gregorij diuina proui-
dentia PP. decimitertij et suoꝝ Fr̃um Cardi-
nalium et sacri collegij ac Mag.ce Ciuitatis
spoleti, et ad Statũ honorẽ gloriam ac
laudem communis et populi ca-
striritallorum :~

Primus

Prohemium.

Hec sunt Statuta ordinamenta provisiones municipales communis et hominum castri vitallorum facta condita et composita ac completa per infrascriptos Statutarios videlicet Sabatinum Perthome Joanpaulum Moconis Palmerium detto Rassello Rubei Franciscum Lumililli et Jo: hieronimum Langeli Priores dicti Castri, et Ser Titum Emilianum et Andreangelum Cascioli positos et electos per dictum comune ad condendum, reformandum, ordinandum, addendum et minuendum Statuta ordinamenta et leges municipales dicti Castri prout de arbitrio auctoritate balia et potestate eiusdem concessa manu circumspecti viri Ser Josephi Fontani de Spoleto Potestatis et iudicis ordinarij dicti nostri Castri vitallorum.

Quoniam universa ex divino numine reguntur et gubernantur et omne datum optimum et donum perfectum desursum est descendens a patre et omnes gratie generate et generande a summo creatore capiunt exordium et principium et in nomine Domini nostri Jesu christi ad singulos actus omniaque concilia divinum auxilium implorandum est, et ad hoc ut in cunctis rebus agendis communis dicti Castri bene altissimus dirigat qui totum hunc populum in Statum pacificum in secula seculorum cum eius gloria dirigat et conservet, et primo incipiendo circa electionem Potestatis et vicarij dicti Castri.

De electione Potestatis et eius officio Rca. 1

Potestas et vicarius communis dicti nostri castri eligatur modo et ordine infrascripto videlicet quod Potestas qui pro tempore fuerit teneatur vinculo iuramenti et pena viginti quinque librarum denariorum de suo salario quindecim diebus in principio sui officij congregare et congregari facere consilium communis dicti castri vitallorum et in ipso consilio, et per dictum consilium eligi facere ac vocari triginta duos homines de melioribus et discretioribus dicti castri videlicet eligendos et vocandos per Priores tunc tempore assistentes me-

dictatem dictorum triginta duorum hominum vs homines sexdecim, et alios sexdecim per
consilium, qui homines sic electi et vocati dicto consilio debeant interesse, et ipsis sic electis
et in dicto consilio congregatis proponere et reformari facere de electione novi Potestatis
et Notarij nostri comunis pro sex mensibus tunc proxime secuturis, in quoquidem con-
silio per dictos consiliarios vel homines nominandum et eligendum Potestatem
vnum vel plures mittantur ad partitum ad bussulas et pallucttas omnia et singula
dicta et consulta in huiusmoi consilio super dicta electione declarata prolata et con-
sulta separatim atque distincte, et ille qui victus et obtentus fuerit in dicto consilio per
plures pallucttas sit Potestas dicti nostri Castri pro tempore supradicto, et Potestas mo-
do et forma ut supra eligendus sit notarius publicus aliter eligi minime possit, et ele-
ctio celebrata secundum formam predictam auctoritate presentis capituli Statuti
Valeat et teneat pleno iure, et idem modus teneatur in qualibet electione Pote-
statis qui Potestas sic electus infra octo dies post diem presentationis sibi
factae de electione memorati officij ipsam electionem acceptare vel renun-
ciare penitus teneatur per litteras responsivas, aliter dicta electio evane-
scat, qui Potestas si ipsam electionem duxerit acceptandam sit Potestas
Communis et hominum dicti castri pro tempore sex mensium supradictorum
et habeat plenam liberam potestatem auctoritatem arbitrium iurisdictioné
et baliam in officio Potestariae et notariatus communis predicti procedendi
cognoscendi prosequendi audiendi precipiendi sententiandi diffiniendi
condemnandi in civilibus et criminalibus causis, auctoritatem suam et com-
munis predicti atque decretum interponendi in omnibus et singulis causis tute-
lis emancipationibus adoptionibus et alijs quibuscunque, et in dicto Castro eius
territorio et districtus habeat omnimodam iurisdictionem et merum et mi-
xtum imperium in omnibus causis tam civilibus quam criminalibus, et scribat
et scribere teneatur omnes et singulos processus et causas occurrentes intra
quascunque personas et de eis libros conficere et publicare de omnibus gestis, et
factis per eum vigore dicti sui officij, dictosque libros publicatos relaxare
in manibus sindicorú dicti communis in fine sui officij et ante principium sui
Sindicatus sub pena supradicta de suo salario retinendi et dictus Potestas in
principio et introitu sui officij iuret et iurare teneatur in presenti Statuto, et Prio-
ribus dicti Castri presentibus in palatio communis dicti castri observare Sta-

Priorilibus

tuta ordinamenta et reformationes dicti communis facta et pro tem-
pore facienda et omnia et singula operari et exercere que ad memoratum
potestariae officium noverit pertinere qui Potestas a dicto commu-
ni habeat pro suo salario et mercede pro toto tempore sexmensium ac
pro veniendo stando et redeundo omnibus suis sumptibus et expensis
resico periculo et fortuna de communis prefati pecunia et habere et ita
pro suo salario ut supra quod etiam pro officiale per ipsum conducendo et
in officio retinendo florenos quindecim monetae currentis et succedente
casu infirmitatis seu mortis dicti potestatis ob quod non possit suum exer-
cere officium Priores soluant de pecunijs communis dicto Potestati uel he-
redibus ipsius pro rata temporis non obstante quod de iure communi dispo-
natur integrum salarium deberi suis heredibus cui dispositioni tenore
presentium expresse censeatur et sit derogatum, et volumus quod quicunque
erit Potestas dicti castri per sexmenses non ad prefatum potestariae
officium alijs subsequentibus proxime sexmensibus reasumi confir-
mari et reffirmari valeat, et si quis eligeretur contra predicta seu ali-
quid predictorum non valeat eius electio et ipso facto et iure evanescat
et electores eius in centum solidis denariorum pro quolibet puniatur, dictusque
suum officium per substitutum exercere non possit, qui potestas supra-
dictus teneatur et debeat in dicto suo officio et eo durante observare
et manutenere infrascripta capitula et ordinamenta videlicet

De capitulis observandis per Potestatem Rubrica 2

Imprimis dictus Potestas antequam ad officium potestariae admittatur
teneatur congregari facere Priores dicti castri in palatio communis
ibique in manibus dictorum Priorum tactis scripturis in presenti statuto
iuret et iurare debeat observare statuta ordinamenta et reformatio-
nes dicti communis tam facta quam facienda suumque officium potestariae
predictae pro sexmensibus prout est electus bene diligenter et sine fraude
exercere remotis ab eo amore timore odio prece pretio et omni alia hu-
mana gratia

Item dictus Potestas teneatur in principio et introitu sui officij secum ducere
unum officialem qui non sit de dicto castro nec in eo habitator aptum ad
exercendum officium damnorum datorum per territorium dicti castri
dictumque officialem durante dicto suo officio retinere omnibus suis sum=
ptibus et expensis sub pena amissionis sui salarij .

Item dictus Potestas teneatur et debeat continuam residentiam
et moram facere in dicto Castro et suo territorio à quo discedere non
possit sine expressa licentia priorū dicti castri pro maiori parte sub pe=
na unius scuti pro qualibet vice de suo salario retinen' si contrafecerit

Item teneatur et obligatus sit dictus Potestas scribere et annotare fide=
liter omnia acta et scripturas publicas et privatas in libris communis
dicti castri de quibus nihil petere seu habere possit pro sua mercede
sed salario sibi constituto stare debeat contentus et si contrafecerit
incidat in penam librarum viginti quinque de suo salario retinen' .

Item dictus potestas teneatur et debeat singulis diebus iuridicis se=
dere ad banchum iuris ad reddendum ius et iustitiam cuilibet pet'ti
sub pena unius floreni pro singulo die in qua ius et iustitiam non admi=
nistraverit .

Item teneatur et obligatus sit dictus potestas quo ad civilia acta observare ferias
tempore messis et vendembiarum secundum seriem et ordinem Mag.^ce^ Civitatis Spo=
leti et si neglexerit observare acta omnia facta tunc temporis feriarum ipso iure
et facto sint nulla nullius valoris et momenti .

Item dictus potestas non possit petere nec habere à litigantibus pro petitione verbali
nisi bonenenū unum et pro petitione in scriptis bonenenos duos . et à responsionibus
nihil possit petere nec habere , pro partito in iudicio fiendo bonenenos duos .

Item dictus potestas non possit petere nec habere pro examinatione cuiuslibet testis

Primus

nisi bonenenos duos.

Item pro copijs scripturarum pro qualibet carta scripta in qua adminus sint versus quatraginta non possit petere nec habere nisi bonenenos duos.

Item pro productione instrumenti et aliarum scripturarum in iudicio productarum pro qualibet scriptura et instrumento non possit petere nec habere nisi bonenenos duos, et pro ipsorum sive ipsarum registratione apud acta iulium unum, et pro qualibet testamento seu donatione vel codicillo iulios duos.

Item pro sententijs per dictum potestatem in causis civilibus proferen(dis) non possit a litigantibus aliquid petere nec habere pro sportulis.

Capitz solid

Item dictus potestas non possit contra aliquem personam in civilibus causis committere executionem nisi prius fuerit per alborem soluta capita solidorum in cippo seu capsa communis adrationem unius baiocchi pro singulo floreno in petitione petito.

Item dictus Potestas non possit petere nec habere pro executionibus tam in causis commissarijs quam in causis civilibus nisi bonenenum unum pro qualibet floreno ab hominibus dicti Castri et etiam de executionibus datiariorum et excedente summam scutorum quatraginta non possit petere pro eius executione nisi scutum unum.

Item dictus potestas pro executionibus et inventarijs in causis criminalibus nihil possit petere nec habere, et in causis civilibus ad instantiam petentis non possit petere pro inventario et suo viatico nisi bonenen(os) quatuor per ipsum conficien(dis) intus dictum castri sive in eius suburbio et in villis bonen(os) octo.

Item dictus potestas pro suo viatico in loco differentiis ad petitionem partis acceden(do) non possit petere nisi bonenenos duodecim pro qualibet vice.

Item dictus potestas teneatur et obligatus sit facere librum damnorum datorum maleficiorum et extraordinariorum totius folij et dictum librum fuere in libro civilium et de penis dictor(um)

Primus

damnorū datorum maleficiorū extraordinariorum solutis in dicto libro reddere rationem de quantitate pecuniarum exacta sive composita et similiter teneatur reddere rationem de capitibus sollidorum solutis in causis civilibus, et in dicto libro civilium quamvis pecunie penarum dictorum damnorum maleficiorum extraordinariorum et capisolidorum mictantur sive misse fuerint in cassa seu cippo communis nihilominus teneatur de eis reddere ratione ut supra.

Item dictus potestas teneatur pervenire facere omnes pecuniarum summas per ipsum exigen. causa collectarū impositarum à dicto communi in manibus camerarij communis predicti etiam pecunias ad commune pervenientes pro eius rata et portione de pecunijs in cassa seu cippo repertis solutis prius salario et portione tangen. de dictis pecunijs ipsi Potestati, et non pervenire facere in manibus dicti camerarij penas omnes per ipsum exigen. et solven. per laboratores in diebus festivis.

Item dictus potestas teneatur procedere contra delinquentes ad accusationem et denunciationem partis et etiam ex eius mero officio arbitrio et balia de omnibus et singulis maleficijs excessibus et delictis commissis et perpetratis in territorio dicti castri et in dicto castro iuxta formam statutorū et ordinamentorū dicti castri salvis casibus ad superiores reservatis et de eis formare processus eosque expedire per condemnationem sive absolutioné prout iuris fuerit et penas ipsorum exigere infra tempus a statuto prefixū et eas pervenire facere in manibus communis sub pena amissionis rate sue.

Item dictus potestas teneatur ad petitionem partis denumptiantis et accusantis abolitioné concedere de omnibus accusis querelis et denunciis acturbativis coram curia dicti castri factis et productis salvis maleficijs cum effusione sanguinis et fractura ossis et percussionibus cum hasta sive bastono commissis de quibus abolitio predicta minime concedatur nisi de expressa licentia et consensu consilij dicti castri pro qua abolitione conceden. non possit petere nec habere computatis actis et cassatura processus nisi bonenen. octo in quibus non computetur responsio processus.

Item dictus potestas de omnibus penis damnorū datorum extraordinariorū et maleficiorum per ipsum exactis et in manibus communis pervenientis non possit petere nec habere nisi quartā partem.

Priorij

Non +

Item teneatur dictus Potestas se toties presentare coram Prioribus dicti castri quoties ab ipsis Prioribus requisitus fuerit sub pena duorum florenorum pro qualibet vice de suo salario retinendorum, si secus fecerit.

Item dictus Potestas teneatur et debeat exigere omnes datias sive collectas que tempore sui officij imponerentur per communem dicti castri, et ad manus cammerarij communis devenire facere iuxta stilum et consuetudinem dicti castri et si ex ipsius Potestatis defectu non exigeret dictas collectas et communitas dicti castri solverit aliquam exequtionem appaltatoribus exequtionem omnes per dictam communitatem solute mictantur ad computum sui salarij

Item teneatur dictus Potestas res et bona communis in palatio existentia et per dictum potestatem operanda accipere eas per inventarium, et similiter per inventarium reddere et restituere sindicis dicti communis et per dictos sindicos et inventarium concedere et consignare Potestati succedenti de quo inventario dictorum bonorum sindici teneantur reddere computum dicto communi et restituere bona inventariata ut supra.

De collectis solvendis per laboratores et coptimarios terrarum Rub.ca 3.

Statuimus et ordinamus quod laboratores et omnes et singuli coptimarij terrarum et possessionum tam forensium quam civium et aliarum personarum existentium in tenimento Castrinitallorum teneantur et sint obligati solvere communi dicti castri omnes et singulas datias et collectas tam impositas quam imponendas per communem dicti castri iuxta impositionem fiendam et factam, et Potestas dicti castri teneatur summarie cogere et compellere dictos laboratores et coptimarios dictarum terrarum et possessionum ad solvendum et concordandum dictas collectas sine aliqua exceptione opponenda per dictos laboratores et coptimarios reservato iure agendi laboratoribus et coptimarijs contra dominos et patronos dictarum terrarum et possessionum, et hoc capitulum habeat locum in preterito presenti et futuro et in omnibus et per omnia observetur non obstantibus quibuscumque alijs in contrarium facientibus, de terris et possessionibus de quibus non fuerint laboratores, et dominus ad sui manus fecerit et coluerit, nemo de dicto castro nec in eo habitator possit nec debeat aliquo modo nec aliquo quesito colore laborare et cultivare dictas

terras et possessiones de quibus collectas non fuerit solutas etiam sub pretextu quod stipendiatus iret sub pena decem librarum denariorum pro quolibet contrafaciente et de facto et summarie ad solutionē dicte pene per dictum potestatem procedatur et procedi debeat et hoc quia forenses sunt renitentes ad solvendum collectas in gravi dampnum et preiudicium communis.

De ordine Arenghe R. 4.

Arenga generalis communis dicti castri Vitallorum infrascripto modo fiat et congregetur videlicet Potestas et Priores dicti castri qui pro tempore erunt teneantur tribus annis in tribus annis de mense Aprilis dominicam primam post dominicam resurrectionis domini nostri Jesu christi congregari facere Arengam generalem communis et hominum dicti castri in palatio dicti communis videlicet unum hominem pro quolibet foculari de hominibus dicti castri et sit etatis ad minus annorum decem et octo, in qua arenga congregentur ad minus due partes hominū dicti castri de tribus partibus videlicet unus homo pro quolibet foculari ut supra et dicta Arenga congregata Potestas teneatur dare iuramentum omnibus hominibus in dicta arenga existentibus de bene rite et recte arengandi et consulendi pro utilitate communis etc. et super evidenti utilitate et rebus necessariis dicti communis et unicuique dictorum hominum liceat super evidenti utilitate predicta et bono publico ac etiam super prepositis preponendis per priores dicti castri arengandi et consulendi prout eis videbitur et placebit pro bono publico ut supra et consulta reddita per dictos homines in dicta arenga mittantur ad partitum et ad bussulas et pallottas et que pro maiori parte obtenta et victa fuerint inviolabiliter observentur et observari fiant donec et quousque per aliam arengam derogatum fuerit, et dicta arenga per quindecim dies antea banniatur per loca solita et consueta per baiulum dicti castri et per eundem baiulum per tres dies antea de domo in domo omnibus hominibus dicti castri videlicet uno pro foculari ut supra notificetur in qua arenga per dictos homines detur ordo de bussulo Priorum et officialium fiendo modo et forma prout dicte Arenghe videbitur et placebit, forenses vero non admittantur in Arenga nisi foret creatus castellanus non venientes ad dictam arengam puniatur in libra una pro quolibet.

De electione consiliariorum et officio eorum R. 5

Primus

Consiliarij communis castri predicti hoc modo et ordine seruato eligantur et eligi debeant
videlicet quod Priores dicti castri in palatio communis predicti congregati et cohadunati de-
beant electionem facere de duodecim hominibus de dicto castro bone conditio-
nis et fame idoneis sufficientibus et personis aptis ad regendum et gubernandum et qui
non sint de vna et eadem familia videlicet pater et filius, duo fratres carnales uel plu-
res patruus et nepos carnalis natus ex filio fratre vel sorore etiam si diuisim
habitarent et eligantur per menses sex, qui duodecim consiliarij sic electi de-
beant in manibus potestatis tactis scripturis iurare eorum officium bene utiliter et
recte exercere, et sine fraude remotis ab eis amore timore odio prece pretio et om-
ni alia humana gratia, et habeant auctoritatem presentis capituli statutorum
et plenam auctoritatem potestatem iurisdictionem arbitrium et baliam prouidendi
ordinandi deliberandi et reformandi quicquid eis pro honore sancte matris
Ecclesie et honore et vtilitate communis castri predicti videbitur et placebit, et
quicquid per supradictum consilium aut per maiorem partem ipsius consilij prouis-
sum gestum et ordinatum et deliberatum modo predicto extiterit valeat pleno
iure et obseruetur, et si quis in dicto officio pro consiliario contra supradictam
formam et ordinem electus et deputatus fuerit ipso facto et iure intelligatur et de-
positus et exclusus a dicto officio si ipsum officium duxerit acceptandum et acceptaue-
rit, et ultra tam eligens quam electus incidant in penam vnius floreni pro quolibet
ipsorum applicandum communi et potestati equali portione, omnia autem et singula
partita et proposita in consilijs seu arenghis preponendis et mittendis per priores dicti
Castri pro tempore existentis mittantur ad partitum ad bussulas et pallucttas ut supra
et non aliter nec alio modo, obtineantur et que per maiorem partem obtenta et
victa fuerunt ut supra valeant et consequantur effectum, et cum de facto alicuius
specialis persone in aliquo consilio uel arenga proponi seu tractari contigerit talis
persona in consilijs uel Arenghis huiusmodi interesse non possit nec debeat, et nihilominus
quod in eis aut ipsorum aliquo deliberatum seu obtentum fuerit in sui utilitate uel commodo
non valeat ipso iure, et Potestas teneatur predicta omnia obseruari facere sub vin-
culo iuramenti et quilibet consiliarius admonitus non veniendo ad consilium
puniatur per potestatem in libra vna pro quolibet et qualibet vice, et eadem pena puni-
atur si aliquis ex consiliarijs publice et aperte mitteret eius fabam in bussula sed teneatur
secrete et non palam mittere eius fabam in bussula, applicata potestati de facto.

De electione camerariorum et eorum officio R. 6.

Camerarij communis castri prefati eligi debeant pro tempore pro quo electi sunt priores dicti castri et quilibet camerarius describatur in polisa in qua scripti sunt priores, et in qualibet polisa, quilibet camerarius et imbussulatus extrahantur more priorum et iuxta stilum servatum usque in presentem diem [quorum camerariorum officium = error scribentis] = priorum predictorum ad quorum camerariorum manus potestas et priores communis dicti castri teneantur pervenire facere omnes et quascumque pecuniarum summas et quantitates communis prefati et eas in libro camerariatus communis predicti scribere et annotari facere, et de eis facere et annotare introitum exitum dictarum pecuniarum, de quibus pecunijs ad quorum camerarij manus pervenientis teneatur reddere communi predicto rationem et bonum et fidum computum in fine officij sui et coram sindicis per dictum commune eligendos; et teneatur camerarius in introitu sui officij idoneam prestare cautionem de reddendo bonum computum ut supra, quo reddito teneatur statim sine aliqua dilatione restituere et solvere in manibus camerarij sui successoris quantitatem omnem pecuniarum in quam in manibus superant exitum, et si per dictos sindicos camerarius condemnatus fuerit ad quam restitutionem per dictum camerarium fiendam potestas teneatur de facto et sine aliqua iuris sollemnitate ipsum cogere et compellere, et pro salario et mercede cuiuslibet camerarij dictus camerarius habeat iulios duos, et pro mercede et salario sindicorum et notarij sindicatorum dicti camerarij habeant bonenenos quatuor pro quolibet ipsorum et plus petere non possint

De electione baiulorum et eorum officio R. 7.

Baiulus nostri communis eligatur per consilium et per annum tantum et habeat et habere debeat de pecunia dicti communis pro suo salario tot quot prefato consilio videtur et placebit quo cum baiulo prefati priores facere debeant instrumentum pro dicto tempore, qui baiulus sic electus, sit baiulus et bannitor communis predicti et habeat plenam auctoritatem potestatem facultatem et baliam auctoritate presentis capituli statuti citandi requirendi banniendi precipiendi referendi pignorandi ac omnia alia et singula faciendi gerendi operandi et exercendi que ad baiulatus et bannitorum officium pertinere noscitur, et in malefitijs et d[illegible] primas citationes faciat et facere

teneatur pro salario sibi [illegible] deputan et in ciuilibus causis ad petitionem
cuiuslibet petentis facere citationes sine aliqua commissione possit et valeat et ste-
tur et credatur relationi ipsius et habeatur eius relationes pro vere ac legiptime [illegible]
aliquo non obstante et pro qualibet citatione dictus baiulus habeat ab hominibus
dicti castri quatrenum vnum et pro presentatione cuiuslibet mandati tam superio-
rum quam potestatis dicti castri in scriptis presentan ad instantiam cuiuslibet pe-
tentis habeat pro mercede sua et habere debeat barocchum vnum in castro prefato
seu in burgo presentanti alibi vero quatrenos sex pro quolibet mandato et qua-
libet persona cui vel quibus presentatum fuerint in citationibus et mandatis ad
instantiam Mag.cor [illegible] superiorum et communis et potestatis castri predicti et ad ipsos
superiores potestatem et communem spectan et pertinen nihil habeat et nihil pe-
tere possit et si dictus baiulus in aliqua citatione et mandatorum presentatione
nenda [illegible] fuerit et [illegible] amittat suum salarium et puniatur secundum
formam iuris de falso [illegible] dictus baiulus pro sua mercede et salario pro
quolibet bannimento in causis ciuilibus barocchum vnum et pro exequtione
cuiuslibet pignoris quatrenos duos pro qualibet datione tenute vna cum potestate
secundum Spoletana siue sine potestate et curia bonen quatuor et pro quolibet
bannimento possessionis b[illegible] quatrenum vnum, pro quolibet vero pignore per
ipsum venditto barocchum vnum.

De Suspensione statutorum R.ca 8

3 Statutum seu statutorum capitulum aliquod memorati communis in totum vel in
partem nullo modo cassari suspendi aut irritari possit nisi in generali Arenga
et hominum dicti castri in qua interesse ad minus centum homines inter quos
talis suspensio cassatio et irritatio per duas partes debeat obtineri et facto et misso
inter eos partito ad bussulas et pallottas et si aliter fieret non valeat ipso iure
et Potestas non debeat aliter super premissis aliquod propositum facere nec sup
ipsa preposita aliquis consulere vel arengare sub pena decem librarum denariorum
summarie et de facto a contrafaciente integraliter auferen et dicto communi [illegible]
applican.

De Arbitrio Potestatis et pena ei officium impediente R. 9.

Potestas dicti castri possit valeat et liceat auctoritate presentis statuti et capituli
pro eius officio exercendo cuilibet persone dicti castri iurisdictioni subiecte
penas et bannum imponere ac imponi facere quandocumque et [illegible] debere
expedire usque in quantitatem unius florenti pro qualibet [illegible] penas ex causa
duplicare et triplicare cuilibet [illegible] penas a quolibet [illegible] summarie et sine
diminutione aliqua exigere [illegible] communi predicto facere [illegible] et quicumque
aut quecumque persona dicto vel facto prefatum potestatem et alter nomine eius in
officio molestaverit vel perturbaverit aut impediverit quoquo modo in decem libris
denariorum vice qualibet sine diminutione aliqua summarie puniatur.

De Auctoritate Prior. R. 10

Statuimus et ordinamus quod priores castri [illegible] ad [illegible] priorati existente et
existentes non possint nec debeant per aliquem officialem dicti castri cogi et compel-
li pro aliquo debito civili neque pro alia causa sed durante eorum officio sint li-
beri et exempti ab omnibus factionibus personalibus et quod prefati priores ali-
quem convocari facere non possint in iudicio coram dicto potestate pro eorum par-
ticulari interesse quibus prioribus omnes et singule persone in predicto castro
et eius territorio habitantes parere et obedire eorum mandatis teneantur
et debeant quiquidem priores arbitrium potestatem et auctoritatem amplissimam
habeant imponendi penas cuilibet inobedienti usque ad quantitatem librarum
[illegible] denariorum pro qualibet vice, qui priores si in aliquo essent obligati ad
solvendum in communi predicto nulla prioratus dignitate gaudeant sed privati
eorum officio intelligantur, qui priores ut supra de dicto debito dicto communi
obligati per potestatem dicti castri possint cogi et compelli ad solvendum de-
bitum predictum prefato communi sub pena scutorum duorum de suo salario
retinendorum, et teneatur et sit obligatus dictus potestas antequam ad of-
ficium prioratus huiusmodi dictos priores admittat perquirere si in aliquo sint de-
bitores prefati communis, et si aliquis dictorum priorum reperietur debitor

prefati communis non admittatur ad dictum officium sed per dictum potestatem statuatur terminus octo dierum ad soluendum dictum debitum prefato communi quo in dicto termino soluto tunc admittatur ad dictum officium, qui priores per dictum potestatem non possint durante eorum officio cogi et compelli ad soluendum aliquam penam pro leui malificio sed teneatur habere rationem ipsorum priorum propter dignitatem dicti officij prioratus et sint dicti priores sex in collega et eorum officium duret per menses quatuor nisi aliter per aliam arengam determinatum et ordinatum fuerit.

De auctoritate viariorum et fouea magna manutenenda R. II

Viarij communis dicti castri more solito electi deputati et de bussulo extracti teneantur et debeant in principio eorum officij tactis scripturis in manibus Potestatis dicti castri iurare eorum officium bene diligenter et sine fraude exercere remotis ab eo seu eis ut supra etc. qui viarij habeant auctoritatem potestatem et baliam per territorium dicti castri ire perquirere et inuestigare et respicere omnes et singulas uias tam publicas quam uicinales et etiam pontes omnes in territorio dicti castri existentes et quas ab ipsis reperietur deuastate et rupte teneantur et debeant reaptari facere eo modo et forma prout eis uidebitur et placebit, et dicta de causa habeant auctoritatem imponendi penam usque ad quantitatem librarum quinque denariorum applicandam communi, potestati exigenti et ipsis viarijs equali portione, et potestas contra inobedientes possit summarie procedere ad solutionem dicte pene, et pro aptando resarciendo et manutenendo supradictas vias et pontes liceat ipsis viarijs incidi facere arbores et alia ligna quecumque locis in territorio dicti castri existentibus sine aliqua pena, et quod factum et adaptatum et ordinatum fuerit per dictos viarios aliquo modo non possit reuocari per dictos priores seu per potestatem et eandem auctoritatem habeant super foueam magnam plani tatarene manutenendam cauatam apertam et mundatam ita et taliter quod aqua decurrens per eam nullum damnum possessioni alicuius inferat, et similiter eandem auctoritatem habeant super adaptatione fontium in territorio dicti castri existentium possintque etiam prefati viarij procedere contra omnes occupantes vias tam

tam publicas q. vicinales ut supra ad penam librarum quinque denariorum et non obstante pena soluta predicta debeant remitti facere viam seu vias occupatas in pristinum statum per occupatores, et potestas teneatur ad omnem requisitionem prefatorum viariorum procedere ad supradictas penas contra inobedientes et malefactores summarie sub pena sextorum duorum de suo salario retinendorum.

De auctoritate estimatorum Rx 12

Estimatores communis dicti castri super damnis datis electi deputati more solito et de bussulo extracti teneantur sub pena in statuto contenta acceptare dictum eorum officium et idem exercere et in manibus potestatis dicti castri de bene et sine fraude exercendo iurare remotis ab eis etc. et habeant auctoritatem et potestatem et debeant ad requisitionem alicuius persone accedere ad estimandum damnum illatum in possessione alicuius damni passi petentis et stetur et credatur estime facte per dictos estimatores seu per aliquem ipsorum pro quavis summa et quantitate et habeant pro sua mercede bonen. unum pro singula estima quam dicti estimatores seu aliquis ipsorum de estimatione per ipsum facta teneatur ad requisitionem omnem damni passi reportare et relationem facere potestati dicti castri infra octo dies a die estime facte sub pena unius floreni applicand. coi potestati et damni passo equis portionibus et potestas teneatur scribere dictam estimam seu relationem in eius libro civilium et habeat pro sua mercede a damno passo bonen. unum.

De officio Massariorum Rx 13

Massarios communis prefati electi deputati more solito et de bussulo extracti sint duo et in principio eorum officij et de bussulo extracti teneantur accedere et comparere in palatio communis dicti castri coram potestate et prioribus et manibus dicti potestatis tactis scripturis iurare eorum officium bene et diligenter et sine fraude exercere remotis ab eis etc. quibus

Primus

Massarijs prefati potestas et priores una cum massarijs preteritis et
veteribus debeant consignare per inventarium omnia bona com-
munis prefati existen' in camera communis prefati ac claves dicte
Camere qui massarij teneantur exigere granum et bladum de terris
et possessionibus accoptimatis per dictum commune durante eorum of-
ficio de quibus rebus et bonis mobilibus inventariatis et ipsis assignatis
ut supra ac de grano et blado dictis possessionibus communis ut supra acco-
ptimatis per ipsos exacto reddere communi prefato bonum fidum et lega-
lem computum et per inventarium eorum successoribus res et bona et gra-
num dicti communis penes eos existentia restituere et consignare scri-
pto dicto inventario per manus potestatis dicti castri et in presentia prior(um)
pro tempore existen' sub pena librarum decem pro quolibet contrafacien'
in premissis et quolibet premissorum, et pro eorum salario et mercede habe-
re debeant de pecunijs dicti communi libras . . . quod capitulum observetur
inviolabiliter per potestatem et priores sub pena predicta qui massarij in
introitu eorum officij teneantur dare idoneam fideiussionem de predictis
observandis et si non exigerint granum et bladum supradictum mittant
ad eorum computum.

De officio operariorum Sancte Marie de Bruna R(ubrica) 14

Operarij ecclesie Sancte Marie de Bruna de dicto castro electi et deputa-
ti more solito et de bussulo extracti sint duo et eorum officium duret per an-
num qui in principio et antequam dictum eorum officium acceperint debeant in
palatio dicti communis coram potestate et prioribus dicti castri et in ma-
nibus prefati potestatis tactis scripturis iurare eorum officium bene diligenter
et sine fraude exercere et de introitibus et exitibus dicte ecclesie Sancte
Marie de Bruna facere librum in quo scribere facere dictos introitus et ex-
itus de die in die prout ad eorum manus pervenerint et expendiderint et
de eis bonum fidum et legalem reddere computum successoribus eorum coram
prefato potestate et prioribus. Qui priores teneantur facere quietationem
nomine dicte ecclesie dictis operarijs reddito prius per ipsos bono et fido co-
mputo.

puto de supradictis introitibus et exitibus, et teneantur supradicti operarii infra men=
sem post finitum eorum officium dictum computum redderent supra sub pena scu=
torum duorum pro quolibet operario et potestas de facto et summarie possit et va=
leat ipsos operarios cogere et compellere ad reddendum dictum computum et ad
solutionem dicte pene sub pena dictorum duorum scutorum de suo salario retinen=
dorum, et habeant dicti operarii pro eorum mercede libras -- de pecuniis dicte
Ecclesie, et teneantur prefati operarii dare fideiussorem communi predicto de red=
dendo bonum et fidum computum ut supra et si fideiussor non esset idoneus pote=
stas et priores debeant eum recusare et cogere et compellere dictos operarios sic
electos et de bussulo extractos ad accipiendum dictum eorum officium et ad
dandum fideiussorem ut supra summarie prout eis videbitur et placebit, dummo=
do fideiussor sit idoneus et hoc capitulum habeat locum de presenti et in futuris
quibus operarii communitas seu priores dicti castri de pecuniis dicte ecclesie te=
neantur et debeant emere unum librum totius folii cartulatum et consignare
dictis operariis et in dicto libro scribantur seu scribi faciant per dictos opera=
rios dictos introitus et exitus ut supra

Omnes pecunie comunis deponantur in cassa comunis Rx 15.

Priores communis dicti castri teneantur et fieri faceant unam cassam securam
et aptam sumptibus communis cum tribus clavibus clauden. quarum unam
retineat potestas dicti castri, unam unus ex prioribus pro tempore existen.
et tertiam clavem retineat prior Sancte Marine de dicto castro pro tempore
existen. in qua cassa mittantur et ponantur omnes pecuniarum summe
facte et fien. de emolumentis venditis et venden. per dictum commune de
qua cassa dicte pecunie non possint extrahi nisi per ordinem consilii dicti castri
et dicto consilio presente sub pena scutorum

Primus l. [illegible]

LIBER SECVNDVS SVPER CIVILIBVS CAVS[is], ET DEPEN TIBVS AB EISDEM

Sequitur

De Ciuilibus causis R. i

Ciuilia iudicia et ciuiles questiones et cause coram potestate dicti castri fiende
infrascripto modo super eis procedatur prout infra vz quod actor per baiu-
lum communis dicti castri una die pro altera citare faciat reum quod
in termino citationis compareat in iudicio coram supradicto potestate
hora iuris et ad banchum sedente ad respondendum petitioni contra ipsum reum
per dictum actorem facte, et si personaliter reus citatus fuerit unica cita-
tio sufficiat et teneat et si domi citatus fuerit debeat bis citari una die pro
altera ut supra et sufficiant due citationes domi facte et si personaliter extitisset
liceat etiam unicuique coram potestate ad banchum iuris ut supra per supra-
dictum baiulum facere citare reum existentem ad banchum iuris et in iu-
dicio ut supra, et reus teneatur respondere petitioni sui actoris, si reus in ter-
citationis personaliter uel bis domi ut supra facte in iudicio hora iuris et ad
banchum comparuerit petitaque fassus fuerit et terminum ad soluendum pe-
tita petierit detur octo dierum ad soluendum et concordandum actorem
predictum qui reus si in termino sibi prefixo ad concordandum dictum
actorem non concordauerit per dictum potestatem contra ipsum reum execu-
tio realis et personalis committatur pro confessis et pro expensis solutis prius per
dictum actorem in cippo communis ut moris est, capitulo sollicitorum, et si copiam
petierit detur prima copia petitionis sumptibus actoris cum termino trium dierum
petitioni sibi facte ad respondendum. Si vero negauerit actori detur termi-
nus decem dierum iuridicorum ad probandum petita et contenta in petitione
et si in publicatione testium in causa receptorum et examinatorum partibus
detur terminus quinque dierum utilium ad accipiendum copiam actorum si
uoluerint et ad dicendum et opponendum ac reproducendum contra testes
eorumque dicta et attestationes et totum processum et quicquid uoluerint, quo
termino elapso prout uisum fuerit ad diffinitiuam sententiam procedatur
et si actor uoluerit contra suum reum ad dationem tenute procedi pro non satisfactis
per dictam curiam contra reum ad dationem tenute de bonis dicti rei vz mo-
bilium dupli et stabilium tripli pro quantitate petita et expensis qua tenuta
per curiam dicto actori data et per ipsum capta et apprehensa actor faciat citare

reum ad recolligen. dictam tenutam ut supra datam et captam et assignetur ter-
minus dicto reo per curiam prefatam quinque dierum ad reluendam tenutam;
et si reus ipsam tenutam non recolligerit possit actor factis primo duobus ba-
nimentis publice cum termino trium dierum vel quolibet ipsam tenutam cum
auctoritate curie uendere iure creditoris et si ultra quantitatem petitam plus
venderetur statim restituatur reo, si uero minus reus ad solutionem facien.
actori de residuo compellatur, si autem actor voluerit ad dationem dicte te-
nute in solutum sibi dari, iam detur sibi in solutum secundum extimationem
fiendam per duos bonos homines eligen. ad hec per potestatem dicti castri, et
secundum extimationem dictorum hominum dicta tenuta dicto actori per cu-
riam prefatam detur et adiudicatur, quaquidem adiudicatione facta actor
rei sibi sic adiudicata uerus efficiatur dominus et possessor citato tamen
semel prius reo si uult aliquid opponere contra dictam extimationem te-
nute, et si aliqua tenuta data uel capta fuerit in alterius bonis quam illius contra
quem pronunciatum fuerit, ipsa tenuta capta ipso iure et facto sit nulla nullius
valoris et momenti.

De reo confitente debito R. 2

Constitutus sponte in iudicio debitum aliquod seu rem aliquam quam ipse alicui
dare uel soluere deberet si libere confessio facta fuerit, curia precipiat quod
infra tres dies proximos actori satisfaciat cum effectu si debitum fuerit a vi-
ginti solidis infra, et si infra dictos tres dies non soluerit cogatur personaliter
ad dictam solutionem faciendam, si uero a viginti solidis supra precipiatur
per curiam confitenti quod infra octo dies proxim. a die facti precepti com-
putan. actori prefato satisfacisse et soluisse debeat, et si in confessione adiecta
fuerit aliqua conditio infra dictum terminum si confitens non soluerit ut
dictum est uel opponens non probauerit conditionem adiectam procedatur
contra confitentem ad petitionem actoris realiter et personaliter prout
supra scriptum est et seruetur ordo predictus respectiue.

De modo procedendi in execution' instror' R. 3.

Super debitis vero de quibus publicum instrumentum apparet talis ordo servet' vz q(uo)d producto in iudicio publico instrumento et viso per curiam ad petitionem producentis curia ip(s)a precipere teneatur debitori vel suis heredibus exequen' ip(su)m instrumentum et debitum et quantitatem in instrumento conten' aut partem ip(s)ius prout actor petierit ipsi creditori det et dare et solvere teneatur infra octo dies a die facti precepti in antea computan' salvis inscriptis exceptionibus opponen' infra dictos octo dies et proban' infra alios octo dies proximos subsequentes vz falsitatis, solutionis quietationis noue conventionis et pacti et qualibet earum, et non alijs quibus exceptionibus aut ipsarum aliqua non oppositis, et si oppositis non probatis vel n(on) Satisfacto creditori ut dictum est procedatur contra dictum debitorem ac eius heredes ad petitionem dicti creditoris eo modo et sicut ip(s)e creditor postulabit constringen' et cogen' ip(su)m debitorem et eius heredes realiter et personal(ite)r usq(ue) ad solutionem et satisfactionem debiti postulati citato tamen semel primo debitore predicto si voluerit aliquid dicere vel opponere contra Executionem talis precepti, Et idem modus servetur in omnibus et singulis laudis, sententijs, testamentis et quibuslib(et) alijs instrumentis in quibus aliquis esset alicui obligatus ad aliquod dan(dum) seu facien' exhibitis coram supradicta curia et productis dummodo sint liquida et in forma proban'.

Forenses debitores alicui summarie compellantur R. 4

Forensis qui alicui terrigene dicti castri ad aliquid dandum vel solven' teneri constiterit per testes aut publicum instrumentum seu confessione ip(s)ius forensis vel aliter legi(ti)me ad sui creditoris instantiam et petitioni ad solven' id q(uo)d teneretur real(ite)r et personaliter per curiam dicti castri summarie co(m)pellatur donec dictum debitum fuerit solutum nisi dederit sibi idoneos fideiussores de iudicio sisti et iudicatum solvendo, quibus datis debeat relaxari et contra eum procedi ac si esset originarius dicti castri

Seruatis seruandis.

Cause inter coniunctos compromittant' Rx 5.

Cupientes inter coniunctos omnem scandali materiam et litium euitare Statui=
mus et ordinamus qd' omnes questiones differentię lites et cause uertentes
et que uerti possent inter coniunctos usqs in tertium gradum consanguini=
tatis uel affinitatis sm' ius canonum. exceptis qn' appareret publicum instrumentu
liquidum, et intelligatur affinitas durare etiam si mortua fuerit uxor
uel maritus per quem uel quam dicta affinitas contracta fuerit etiam
si uerterentur inter virum et uxorem, et aliquis ipor' litigantium petierit ante
publicationem processum seu terminum datum ad probandum ipsis partibus
qd' compromittatur ipsa causa lis et questio que tunc ad petitionem partis
petentis compromittatur et compromitti debeat, et potestas ad petitionem
cuiuslibet partis teneatur cogi et compelli dictas partes differentias lites
et questiones inter dictas partes uertentes ad compromitten' et compromissu
in forma iuris ualida de eis facien' in persona duorum hominum per dictas
partes communiter uel diuisim eligen' qd' compromissum duret et durare de=
beat per mensem infra quem dicti homines et arbitratores ut supra electi
teneantur et debeant in et super differentijs litibus et questionibus inter
dictos coniunctos uertentibus laudasse sententiasse et declarasse prout, et
sicut eis de communi concordia iuste et recte videbitur et placebit sub
pena arbitrij potestatis predicti, quibus laudo sententie declarationi, et
diffinitioni prolatis et sententiatis per dictos homines prefate partes tene=
antur et quelibet ipsarum teneatur stare acquiescere et non recurrere seu
appellare aliquo modo sub eadem dicta pena, et appellatio, reclamatio seu
recursum à dicto laudo uel sententia per aliquam partem ipso facto et
iure sit nulla et nullius roboris et momenti, et Potestas possit et teneat
cogere et compellere homines electos per dictas partes infra dictum ter=
minum ad sententiandum et laudandum in de et super differentijs uer=
tentibus inter dictos coniunctos, et teneatur etiam ad petitionem partis
executioni demandare laudum sententiam et decisionem per homines

factas et declaratas inter dictos coniunctos et ad penam predictam in casu appellationis non obstantibus quibuscumque aliis de iure in contrarium facien(tibus) ad laudum et sententiam ut supra prolat(um) per dictos homines de iure valeat et teneat non solum modo predicto sed omni alio de iure meliori (modo).

De fideiussoribus a forensibus dandis R(ubric)a 6

Forensis qui aliquam causam haberet in curia dicti castri cum aliquo terrigena utrum agat sive conveniatur talis forensis, nisi possideat in dicto castro seu eius territorio immobilia ad quantitatem et valorem de qua agi contigerit, teneatur dare fideiussorem idoneum de iudicio sisti et iudicatum solvendo, aliter dictus forensis modo aliquo in iudicio non audiatur nisi terrigena maliciose peteret fideiussorem de qua malitia stetur arbitrio potestatis et hoc locum habeat in causis civilibus et criminalibus et pro qualibet fideiussione solvere teneantur duos.

De partito in iudicio fiendo R(ubric)a 7.

Partitum de quacumque re quantitate et causa de qua lis et questio esset inter aliquos possit una pars alteri facere, ille cui fit capere teneatur suscipien(do) vel deferen(do) iuramentum infra tempus et terminum dan(dum) et assignan(dum) per curiam dicti castri qui terminus detur competens inspecto negocio et quantitate consonantem quod si quis recusaverit habeatur pro confesso de omnibus in partito contentis et contra eum tamquam contra confessum procedi debeat et si iuratus fuerit in manibus potestatis, et pars adversa post modum probare voluerit contrarium eius quod iuratum est possit reprobare infra octo dies post iuramentum ut supra factum et si legitime probatum fuerit secundum talem probationem pronumptietur per curiam iurans esse periurus et in penam centum solidorum de periurio communi dicti castri condemnetur.

Iuramento Artificis credatur usque ad certam summam R(ubric)a 8

Artifex qui ratione sue artis se dixerit aliquid debere recipere ab aliquo

per curiam audiatur et credatur suo iuramento taliis scripturis prestito usque in vigintiquinque solidis ab inde vero supra usque in quinque libris denariorum ei credatur cum uno teste fide digno dando plenam facultatē debitori probandi contrarium siue solutionem debiti seu pacta et conuentiones inter ipsas partes infra terminum ei statuen̄ per iudicem causæ, et si debitor legitime probauerit uel saltem cum uno teste fidedigno debitum petitum soluisse puniatur arbitrio tanquam periurius per curiam dicti Castri summarie.

De causis Summarie decidendis R 9

Ciuiles questiones et cause non excedentes summam centum sollidorum denariorum inter quoscunque verten̄ potestas dicti castri possit et valeat summarie et sine strepitu et figura iudicij simpliciter et de plano decidere et terminare prout et sicut eidem videbitur conuenire omnibus iuris sollennitatibus pretermissis.

Bona communia diuidantur inter quasdā personas R 10

Diuisionem aliquorum bonorum communium facien̄ si quis petierit, Curia cogat et compellat partes summarie sine litis contestation̄ et alijs sollemnitatibus omissis quibuslibet ipsa bona communia inter ipsas partes ad petitionem partis petentis ad diuidendum et diuisionem facien̄ dummodo prius constet ipsa bona esse communia et in premissis potestas prefatus habeat plenum arbitrium cogendi partes prout ei uidebitur expedire ad euitationē malorum.

De refectione Expensarum R 11

Contumaciam purgare si quis volet non audiatur nisi primo parti aduerse omnes expense contumacie occasione factas restituerit cum effectu addentes quod in quibuslibet ciuilibus causis semper mitius

victori ... restitutionem omnium et singulorum expensarum legitime factarum per curiam condemnari debeat

De absentijs allegandis R. 12

Absentiam pro absente in civilibus et criminalibus causis quilibet possit et valeat proponere ac etiam coram curia allegare cui alleganti curia predicta terminum condecentem inspecta persona distantia loci et qualitate negocij consignare et statuere debeat ad notificandum sibi absenti et faciendum comparere talem absentem dummodo talis allegans corporaliter iuraverit se talem absentiam malitiose non allegare ac locum proprium et verum in quo talem absentem manere credit curie manifestet et si absens huiusmodi in termino sic assignato non comparuerit procedatur contra eum tanquam contumacem sicut superius exprimitur et annotatur

De pena actoris non comparentis in termino R. 13

Actor qui aliquem in iudicio citari fecerit si non comparuerit in termino citationis ad agendum contra eum, comparente citato pro damnis et expensis passis per dictum citatum occasione dicte citationis et ad petitionem dicti citati comparentis, Potestas teneatur facere executionem contra actorem ut supra non comparentem pro summa bonenorum sex summarie et pro eius executione solita potestas habeat bonenorum unum

Mulier dotata non succedat in hereditate nisi per instrumentum R. 14

Ad tollendum dubitationes et lites que oriuntur et que oriri possent super successionibus mulierum in hereditatibus, Statuimus et ordinamus quod nulla mulier dotata a patre avo, proavo, fratre, patruo, matre avia proavia vel aliquo ipsorum aut aliqua ipsarum sive a quocumque alio possit vel eius descendentes possint succedere alicui predictorum ab intestato etiam in legitima stantibus ma-

Seculis per lineam masculinam descenden ex aliquo predictorum dotan uel non dotan eo de cuius successione non ageretur sed de successione alicuius alterius predictorum, dummodo tales masculi attineant per consanguinitatem persone de cuius successione ageretur et sufficiat qd ab vno predictorum dotata fuerit uel dotetur in posterum ut stantibus masculis supradictis excludantur talis mulier et eius descendentes a successione omnium prenominatorum a quorum omnium successione vigore presentis statuti et capituli quelibet mulier hactenus dotata et in posterum dotand et eius descendentes intelligantur et sint exclusae et exclusi per dotationem factam uel facien ab aliquo prenominatorum et stare debeat sua dote contenta, et nihil ultra dotem etiam ratione legitime uel eius supplementi, talis mulier uel eius descendentes ex ea petere possint ullo modo sed legitima ei uel eis debita presentis statuti vigore ad dotis constitute uel constituen quantitatem censeatur et sit redacta, possit tamē quelibet mulier que non esset dotata a matre sed a quocunqz alio, et descendentes talis mulieris de bonis et hereditate matris ab intestato descendentis siue alterius ascendentis a latere matris .s. mater assecuta ex eius hereditate petere consequi et habere decimam partem dictae hereditatis et non ultra stantibus masculis supradictis per lineam masculinam descenden ex testamento autē matris dicte mulieris et earum descendentes nihil ultra qd sibi relictum fuerit petere possint etiam actione legitime uel alia quacunqz ratione uel causa, et si aliquis predictorum vz pater auus mater auia decessserit intestatus uel ab intestato et filiam uel neptem unā vel plures non dotauerit et ab aliquo ipsor non fuerit dotata dotem debeat seu debeant ab eorū filijs et alijs masculis per lineam masculinam descenden eorundem uel alicuius eorum heredibus secundum consuetudinem dicti Castri uel saltem secundum qd masculi de domo unde nata est mulier dotari consueuerint per prius alias mulieres de domo eorum dotare et talis mulier sic dotan dumtaxat in dote sic ut premittitur constituen succedat omnibus predictis et illa intelligatur et sit earum successio et legitima et plus in bonis paternis maternis fraternis sororis, amitis, et patruorum preter premissa solam unicam dotationem petere consequi uel

vel habere non possit nec descendentes ab ea possint, et in residuo heredita-
tis et successionis et in hereditate et successione à qua mulier dotata et eius
descendentes excludatur vigore presentis statuti succedant masculi supra-
dicti proximiores personae defunctae in omnibus casibus predictis, volumus
insuper quod dicta mulier dotata vel dotanda vel descendentes ab ea non pos-
sint audiri in iudicio vel extra in Curia castri Vitallorum vel alia contra
presentem statutum et capitulum et contra predicta prefatis mulieribus
vel descendentibus ab eis in predictis et aliquo casuum predictorum nullo modo
ius reddatur per aliquem officialem sub pena vigintiquinque librarum de
salario officialis contrafacientis retinendorum, et nihilominus quicquid fa-
ctum fuerit per talem officialem in favorem ipsarum mulierum contra presentem
statutum et capitulum ipso iure sit nullum irritum et inane et in nullo ipsis
mulieribus suffragetur et predicta omnia volumus habere locum in pre-
teritis in presentibus non decisis vel non sub litigio pendentibus et omnibus
futuris omni meliori modo, et precise intelligatur et observetur, derogan-
do quibuscunque statutis reformationibus in contrarium et contra presentem ca-
pitulum quomodo faciendis, propterea statuimus et ordinamus quod
si aliquis habens filiam feminam unum vel plures et nullum descendentem
masculum et dictam filiam vel filias dotaverit si ab intestato decesserit
superstite fratre eius defuncti uno vel plures sine descendentibus mascu-
lis ab ipso fratre vel fratribus, ipse frater vel fratres sive descendentes ab eis
masculi succedant in eius defuncti hereditate exclusa propria filia sive ex-
clusis propriis filiabus dotatis si autem filia una vel plures filie supersint
alicuius defuncti non fuerint dotate ab eorum patre defuncto nullo des-
cendente ex eo masculo superstite tunc frater vel fratres superstiti seu
superstites sive ipsis deficientibus descendentes ab eis masculi possint et debe-
ant dictam filiam vel filias dotare congruenter ut supra dictum est et in
residuo dicti fratres ipsius defuncti vel descendentes ex eo vel ex eis ma-
sculi bonorum hereditatis dicti defuncti succedant exclusis dictis filia-
bus postquam erunt dotate salvis semper testamentis.

De quarta parte dotis remanente viro ux. defuncta R. 15

Volentes modis omnibus congruis prouidere laboribus oneribus et expensis factis per viros tempore nuptiarum ne omnes sumptus dictis temporibus proprijs expensis fecisse intelligatur Statuimus et ordinamus qd si contingat aliquam mulierem dotatam mori sine liberis ex se natis eius totius dotis solute suo viro in totum uel in parte postq ipa penes maritu fuerit et matrimonium per carnalem copulam consumatum esset filijs ex ea remanentibus ex dicto marito, maritus lucretur et habeat quartam partem totius predicte dotis que quarta pars nullo modo repeti possit et hoc Capitulum sit precisum et mutari non possit, et super dicta quarta parte nullo modo in iure in iudicio repetens [illegible] Addentes qd idem obseruari debeat de dote promissa licet non dum soluta in totum uel pro parte.

De pignore recolligen. R. 16

Pignus aliquod qd acceptum fuerit seu accipere per baiulum communis mandato curie dicti communis aut quod ablatum esset alicui alicuius rei mobilis pro aliqua quantitate ille cuius esset tale pignus recolligere debeat infra vnum mensem continuum postqs fuerit sibi ablatum seu acceptum soluen. quantitatem pro qua talis pignoratio facta foret qd si non fuerit recollectum vt dictum est liceat ex tunc habenti dictum pignus vendere Cum auctoritate curie factis primo duobus bannimentis de ipso pignore cu termino duorum dierum pro quolibet et si pignus ultra quantitatem pro qua est pignoratio et ablatio ei facta illud ultra statim domino pignoris restituatur et detur et si minoris quantitatis venderetur illud minus debitor creditori soluere teneatur ita et taliter qd creditori sit plenarie et integre satis factum.

Nulla dos dari possit in senecta R. 17

[illegible]

Nulla dos alicuius mulieris nec fructus dotium possit dari in tenutam occasione alicuius debiti vel contractus per maritum facti et si fieret non valeat nec teneat ipso iure capitulo aliquo non obstante.

Juratum de fuga debet capi ℞ 18

Si aliquis de castro Vallecorum vel eius districtu vel aliunde coram potestate qui pro tempore fuerit peteret aliquam quantitatem pecuniarum alicui et iurabit illum a quo petit fore suspectum et fugitivum et quod non possidet immobilia in castro prefato et debitum appareret, per potestatem sine aliqua alia sollemnitate iuris ad petitionem dicti petentis dictus talis debitor debeat capi cogi et constringi et detineri in persona et rebus et tam diu ad petitionem dicti creditoris petentis realiter et personaliter constringatur donec de dicto debito creditori predicto et de expensis legiptimis fuerit integre satisfactum sive satisdatum de iudicio sisti et iudicatum solvendo, et si appareret dictus debitor fore pro dicta quantitate satisfactus ille qui iurabit incidat in penam centum solidorum denariorum.

De Sequestro fiendo forensibus ℞ 19

Statuimus et ordinamus quod potestas dicti castri teneatur et debeat ad petitionem cuiuscumque persone de dicto castro et districtu per baiulum dicti communis sequestrum facere quascumque res et bona cuiuscumque forensis vel lex [illegible] pro debito ad quod teneretur et obligatus esset alicui persone de dicto castro et de eius districtu et ipsas res et bona recommandari facere per aliquam sufficientem personam de dicto castro donec discussum et cognitum fuerit de iure partium, salvo quod si ille contra quem factum fuerit sequestrum voluerit promittere et idoneum fideiussorem dare de iudicio sisti et iudicatum solvendo et expensas reficere tale sequestrum debeat revocari et suspectus ille esse qui non possidet bona immobilia sufficientia ad satisfactionem debiti et expensarum et antequam sequestrum fiat, fiat fides per illum qui peteret sequestrum per instrumentum publicum vel per testes sive per scripturam privatam.

In venditione possit cogi summarie ad recipiendum iudicium R. 20.

Statuimus et ordinamus qd' si quis vendiderit alicui persone de dicto castro uel eius districtu aliquam domum seu possessionem uel rem mobilem et se mouentē et promiserit defensionē per instrumentum publicum uel per scripturam publicā vel priuatam uel per testes et super talē re emptor molestaretur per aliquam personam qd' Potestas coram quo requisitio facta fuerit siue petitio legitime teneatur et debeat ad petitionem talis emptoris cui promissum est rem emptam defendere habita prius fide de promissione defensionis facte per venditorem ipsum venditorem summarie et sine libelli oblatione strepitu et figura iudicij cogere et compellere realiter et personaliter ad recipiendum in se iudicium defensionis et ad defendendum dictum emptorem eiusque heredes et successores et ipsum defendere tam in tempore feriato quam non feriato prout et sicut quando et quibus emptor suique heredes et successores voluerint et predicta locum habeant ad preterita presentia et futura dummodo de molestia ipsius rei vendite appareret et constaret.

De pena venden' rem duobus vicibus R. 21

Statuimus et ordinamus quicumque vendiderit alicui persone aliquam rem mobilem uel immobilem et ipsam eandem rem alteri persone vni uel pluribus vendiderit, venditor incidat in penam centum solidorum in denariorum ultra penā in instrumento contentam, et nihilominus venditio prima facta teneat et preualeat etiam qd' res predicta foret secundo emptori et alie venditiones vna uel plures sint et esse debeant ipso iure nulle et nullius efficacie uel valoris, et talis venditor ad petitionem secundi emptoris uel plurium si plures essent teneatur et debeat pretium perceptum pro ipsa venditione restituere et reficere vna cum omnibus et singulis expensis et interesse que et quas substinuisset uel substineret dictus emptor occasione solutionis talis pretij et potestas ad petitionē talis secundi emptoris, venditorem predictum cogere et compellere teneatur realiter et personaliter prout sicut quomodo et qualiter emptor predictus voluerit diebus feriatis et non feriatis ad restitutionem pretij et

et dampnorum expensarum et interesse dicto emptori et ad penam predictam et predicta locum habeant ad preterita presentia et futura.

De modo immittendi in tenutam R. 22

Statuimus et ordinamus quod si quis peteret se mitti in tenutam vel possessionis alicuius rei mobilis vel immobilis quam diceret ad se pertinere citari facere possessorem ipsius rei bis diversis diebus et vicibus et si dictus talis possessor fuerit contumax et non comparuerit in termino assignato per baiulum dicti communis ex parte potestatis dicti Castri et ipso termino elapso et docto per dictum comparentem de suo bono iure dicte rei petite per instrumentum publicum sive per scripturam privatam vel per testes seu alio modo legitime Potestas predictus teneatur et debeat ad petitionem illius qui peteret se mitti in possessionem pronumptiare ipsum actorem fore immittendum in possessionem et tenutam ipsius rei petite et ipsum actorem mitti et poni faciat in corporalem tenutam et possessionem dicte rei per baiulum dicti communis et si infra unum mensem dictus talis possessor non comparuerit in iudicio coram potestate et iura sua non dixerit ab inde in antea ille talis qui positus et immissus fuerit in possessionem auctoritate curie remaneat in possessione ipsius rei et si dictus possessor in dicto termino unius mensis coram potestate et iudicio et citato actore comparuerit et legitime iura sua ostenderit et se esse verum et iustum possessorem dicte rei possesse actor non obstante contumacia dicti possessoris de facto a possessione capta excludatur remanente possessore in suo iure in pristino statu et si actor procedere vellet contra dictum possessorem per viam ordinariam procedatur et remittatur ad viam ordinariam secundum formam presentis statuti

De examine testium R. 23

Statuimus et ordinamus quod in omnibus et singulis causis et questionibus civilibus in quibus litis contestatio facta fuerit et terminus ad probandum fuerit assignatus partibus vel alteri partium litigantium quod Potestas dicti

communis teneatur et debeat ad penam decem librarum denariorum excoputan(dam) post terminum datum parti ad faciendum interrogatoria secundum articulos alioris examinare omnes testes iuratos in dicta causa et eorum attestationes et dictaclare ordinate et aperte scribere in libro cause infra decem dies co(n)tinuos postq(uam) per partem vel per procuratorem fuerint coram dicto potestate producti, nisi per ipsum producentem ipsos testes citatos dictum et prefato Potestati negatum fuerit examinari non debere.

De probatione etatis filiorum R(ubrica) 24

Statuimus et ordinamus q(uo)d si de etate alicuius dubitaretur q(uo)d talis etas probetur et probari possit per iuramentum patris uel matris salvo q(uo)d si aliquis uellet probare contra dictum et iuramentum parentum q(uo)d eius probatio admittatur et si probauerit per testes idoneos omni exceptione maiores non stetur iuramento parentu(m).

Nemo possit petere debitum iam solutu(m) ac debitu(m) co(mmun)is elapsis quinq(ue) a(n)nis R(ubrica) 25.

Statuimus et ordinamus q(uo)d nulla persona possit et debeat petere nec habere a communi predicto aliquam quantitatem pecunie quam diceret se debere recipere a communi Castrintallor(um) elapsis quinq(ue) annis nisi haberet publicu(m) instrumentu(m) sub pena libraru(m) quinq(ue) denarioru(m) pro quolibet et qualibet vice, etiam in eadem pena incidat ille qui petierit a communi uel alia quacunq(ue) persona debitum iam solutum.

De instrumentis Iustitiis R(ubrica) 26.

Item ad obuiandum fraudibus et fictionibus committen(dis) seu que sepe in venditionibus committuntur Statuimus et ordinamus q(uo)d uenditio quelibet facta seu que fieret in futurum per quemcunq(ue) personam de re immobili et de ipsa re per emptorem non fuerit tenuta seu possessio corporalis accepta infra biennium a die celebrati uenditionis instrumen(ti) computan(do) talis uenditio sit

nulla et nullum sortiatur effectum ac si minime facta fuisset et instrumentum
inde confectum fictitiu reputetur et sit nullum emptori predicto et ad uendito-
rem dicte rei omnis actio reuertatur pleno iure et hoc capitulum sit precisu
et mutari non possit et locu habeat ad preterita presentia et futura.

Minores quatuordecim non possint testificari R. 27

Statuimus et ordinamus qd nullus minor quatuordecim annis de castro ital-
lorum vel districtu eius aut aliunde admittatur uel admitti possit ad te-
stimonium perhiben in aliquo ciuili actu et si admitteretur attestatio talis
minoris in Ciuilibus actis nullam fidem seu probatione faciat nec vigore
talis attestationis possit per potestatem in aliqua causa procedi seu senten-
tiari et si processum sententiatum et terminatu fuerit vigore attestationis
talis minoris non valeat nec teneat ipo iure.

De ordine seruan in instrumentis minorum R. 28.

Statuimus et ordinamus qd si contigerit aliquem fieri contractum de alie-
natione siue obligatione alicuius rei minoris viginti quinque annoru cu eo mi-
nore uel cum tutore uel curatore minoris non valeat nec teneat ipo iure nisi ser-
uetur hic ordo vt minoribus nulla fraus subgeratur vz qd interueniat au-
ctoritas et decretum Potestatis dicti Castri et intersint duo proximiores con-
sanguinei seu affines ipsorum minorum aliter instrumentu inde confectu sit nul-
lum et nullius roboris et effectus.

Secundus

Tertius

LIBER TERTIUS IN QUO HABEBIS QUE AD MALEFIA SPECTANT

De modo procedendi in maleficiys R[ubrica] i

Potestas Castri Nitallorum possit et valeat in et super omnibus et singulis
maleficiys excessibus et delictis que in dicto Castro eiusque territorio
Committerentur et tam per homines et personas dicti castri quam per foren-
ses per viam accusationis denunciationis et querele porrecte et facte
Coram prefato potestate reservatis casibus ad superiorem inspectantibus
et tam ex eius mero officio arbitrio potestate et balia quam ex denunciatio-
ne et querela alicuius persone denunciantis accusantis et querelantis con-
tra maiorem etatis annorum decem et abinde infra videlicet maiorem decem an-
norum procedere minime possit in maleficiys commissis per dictum minorem
seu minores ut supra super quibus maleficiys dictus potestas possit procedere
ad penas infrascriptas et infrascripto modo servato videlicet formato processu per
dictum potestatem ad denunciationem vel ad querelam alicuius persone seu
ex officio ut supra potestas teneatur citari facere per baiulum communis
dicti Castri cum dimissione prime cedule absque tenore processus inquisitum
seu accusatum quod in termino duorum dierum compareat ad respondendum

[illegible]

inquisitionem seu querele contra ipsum formate, et si in dicto termino non compa-
ruerit iterum citari faciat dictum inquisitum cum dimissione cedule et tenore
totius processus ad comparendum et respondendum inquisitioni et querele ut supra
in termino aliorum duorum dierum, et si non comparuerit procedatur contra di-
ctum inquisitum ad bannimentum in quo banno detur terminus dicto inquisito
quinque dierum ad comparendum et respondendum ut supra, et si in dicto termino non
Comparuerit et non respondiderit procedatur contra ipsum ad sententiam
et ipsum prefatus potestas condemnet in penam secundum formam Statutorum
dicti Castri et omnes sententias criminales ferendas per dictum potestatem
ipse potestas in dicto suo officio teneatur exigere et executioni demandare
et si comparuerit et negaverit contenta in inquisitione contra ipsum for-
mata in totum vel in parte vel confessus fuerit teneatur inquisitus et cogi
possit ad dandum fideiussorem de stando iuri et iudicatum solvendum et
assignetur terminus quinque dierum ad faciendum suas defensiones in pu-
blicatione processus assignetur terminus quinque dierum ad accipiendum copiam et di-
cendum quicquid vult et potest contra testes, et procedatur ad ulteriora secun-
dum formam iuris et Statutorum dicti Castri, et dictus potestas non possit pro-
cedere contra inquisitos nisi ad penam secundum formam Statutorum dicti
Castri et ipsum Statutum in omnibus et singulis penis observare teneatur
ad unguem sub pena amissionis sui salarij et refectione damnorum expensarum
et interesse inquisiti et si secus processum fuerit per dictum potestatem quam
secundum formam Statutorum dicti Castri totum id quod contra formam
nostri Statuti factum et executum fuerit id totum secundum et ad formam dicti
Statuti reductum intelligatur non solum modo predicto sed omni alio de iure
modo meliori. Forensis autem citari debeat ad valvas palatij seu ad por-
tam dicti Castri tam in causis criminalibus quam civilibus per supradictum
baiulum et habeatur legitime citatione.

De pena maledicentis Deum et Sanctos ~ 2

Blassemare seu maledicere Deum, Beatam virginem mariam vel beatam
marinam martirem nemo audeat vel presumat contrafaciens quilibet

in predictis aut alterum predictorum in decem libris denariorum vicequalibet puniatur, Si vero alium sanctum vel sanctam Dei quis maledixerit aut blassemaverit in quinque libris denariorum puniatur pro quolibet et qualibet vice, Et quilibet possit contrafacientes accusare et denuntiare et stetur et credatur sacramento accusatoris cum uno teste fide digno, Et si quis autem iuraverit aut iurando dixerit per sanguinem corpus vel aliud membrum dei, beatæ mariæ virginis aut alicuius alterius sancti et sanctæ seu per clavos dei vel his similia solvat vicequalibet solidos viginti denariorum, Et quilibet possit contrafacientes accusare et denumptiare et stetur et credatur iuramento ipsius accusatoris dummodo accusator sit bonę famę et annorum etatis duodecim Et habeat quartam partem pene et teneatur secretus.

De pena percutientis aliquem cum armis vel sine Rx 3.

Si quis percusserit aliquem cum armis vz lancea spada spontone cultello stocco, partisciana, ronca, spiedo, pugnale, mallaferrea vel his similibus aut aliquo ipsorum, Si percussio facta fuerit in facie et ex dicta percussione sanguis exierit et cicatrix aut signum evidens perpetue remanserit solvat vicequalibet et pro qualibet percussione communi predicto libras sexaginta denariorum Si vero sanguis exiverit et cicatrix aut signum non remanserit, in triginta libris denariorum vicequalibet puniatur, Et si sanguis non exiverit in medietatem dictę pene puniatur Si vero percussione facta fuerit in capite cum sanguinis effusione et fractura cranei in septuaginta libris denariorum puniatur, Si vero sanguis exierit sine fractura cranei solvat vicequalibet triginta libris denariorum Et si sanguis non exierit in medietatem dictę penę et caput et facies intelligatur a spatulis supra, alibi vero ubicunque facta fuerit percussio cum aliquo dictorum armorum si cum sanguine in vigintiquinque librarum denariorum puniatur, Si vero sine sanguine in duodecim librarum denariorum vicequalibet puniatur, Si quis vero aliquam personam percusserit cum lapide seu aliquo alio genere armorum sine

ferro a spatulis supra et sanguis exierit in viginti quinq3 libris denariorum puniatur pro percussione qualibet. Si sanguis non exiverit in libris decem denariorum puniatur, Si vero ex percussione cicatrix aut signū evidens remanserit aut cranea capitis fracta fuerit aut aliquod membrum in aliqua parte corporis percussum fractum fuerit in viginti quinq3 libris denariorum pro qualibet percussione puniatur Si vero a spatulis infra inclusive. Si cum sanguine in quindecim libris denariorum, Si sine sanguine in quinq3 libris pro qualibet percussione puniatur, Si quis autem contra aliquā personam iniuriose proiecerit lapidem bastonem et his similia et non percusserit solvat vice qualibet libras tres denariorū Si quis enim aliquā personā percusserit manu vacua in facie cū sanguinis effusione solvat vice qualibet libras decem denariorum Si sine sanguine libras quinq3 alibi vero ubicunq3 cū sanguine solvat libras quinq3 denariorū Si sine sanguine solvat medietatem dicte pene et eandem penam solvat si quis aliquā personā percusserit pugno vel calce factis tamen predictis destintionibus ut supra &c

De pena facientis rixam seu romorē R̷ 4

Rixam vel rumorem si quis cum aliqua persona fecerit si cum armis solvat vice qualibet libras denariorum tres si sine armis medietatem pene solvat.

De pena insultantis aliquē cum armis vel sine R̷ 5

Insultum contra aliquam personam si quis vel si qua fecerit ad domum habitationis insultati si cum armis in quinquaginta libris denariorū puniat si vero sine armis in medietate dicte pene, Si vero ad aliquā possessionē et staret ad laborandū, si cū armis in viginti libris denariorum puniat si sine armis in medietatē dicte pene, Et si aliquos forensens in aliquo predictorum casuū secū habuerit insultator puniatur pro quolibet forense associante in eadem pena in qua quilibet terrigena puniendus veniret et dictus terrigena pro dictis forensibus penas omnes incur=

sas soluere teneatur secundum formam statuti, alibi vero ubicumque
quis contra aliquem insultum fecerit si cum armis soluat dicto com-
muni in libris decem puniatur pro quolibet et qualibet vice, et si sine armis
in medietate pene, et insultus intelligatur contra aliquam personam
si quis eat irato animo per plures passus.

De pena euaginantis arma R. 6

Euaginans aliquod genus armorum contra aliquem irato animo et malo
modo si non admenauerit nec percusserit soluat pro pena communi predicto
libras quinque denariorum. Sed si admenauerit in duplum puniatur quolibet
et qualibet vice. Et si cum bastone vel his similibus aut manu uacua
admenauerit puniatur in medietatem supradicte pene.

De pena capientis aliquem per personam R. 7

Capiens aliquem per personam iniuriose uel per pannos capillos pu-
niatur uice qualibet in libris quinque denariorum. Et si quis extra-
xerit birretum uel his similia iniuriose de capite alicuius puniatur
in medietate pene. Et si spinxerit iniuriose ut supra et in terram
cadere fecerit uel pannos dilaniauerit soluat qualibet vice in su-
pradicta pena videlicet librarum quinque.

De pena dicentis verba iniuriosa et reproperantis iniuriam R. 8

Verba iniuriosa si quis alicui dixerit videlicet fur proditor puttana homicida seu fal-
sificator uel his similia seu aliquod predictorum verborum puniatur pro quo-
libet verbo iniurioso et qualibet uice in libris quinque denariorum. Si quis
vero reproperauerit homicidium aut aliquam enormem iniuriam factam
puniatur in libris decem denariorum. Pro quolibet alio uerbo iniurioso
dicto et prolato contra aliquam personam puniatur in libris tribus de-
nariorum pro quolibet et qualibet vice. Super quibus uerbis Potestas non

possit procedere nisi ad accusam vel querelam partis offense et si coram eo vel prioribus dicti casibi puniatur in duplum dicte pene et procedere possit ex officio dictus potestas

De pena coburentis rem alterius R 9

Domum cappannam paleare metam bladij vel barconem alicuius si quis combuserit seu ingem in eis immiserit vel in alijs rebus puniatur quilibet et qualibet vice in libris centum denariorum et damnum emendet patienti in duplum prout estimatum fuerit

De pena facientis falsum testimonium R 10.

Falsum testimonium contra aliquem si quis fecerit aut tulerit in aliqua causa civili puniatur in libris denariorum viginti pro quolibet et qualibet vice et damnum emendet patienti dicta de causa in duplum in criminalibus autem duplicetur

Filius familias in iudicio possit interesse R 11

Maiores quatuordecim annis tam filij familias quam alij possint suo nomine in iudicio interesse ac stare agere defendere petere se excusare et omnia alia et singula facere operam et exercere quemadmodum possunt maiores viginti quinque annis, et patresfamilias possint accusare et denunciare de iniurijs eius illatis et de damnis datis in bonis paternis et maternis dummodo pater vel mater expresse non contradicat absque sui patris presentia vel consensu et quod occasione absentie sui patris vel consensus non prestiti seu minoris etatis aliqui processus vitiari tolli seu annullari non possit.

Quomodo inter coniunctos procedatur in maleficijs R 12

Super maleficijs excessibus et delictis que accidunt committi inter familiares

seu coniunctos vel attinentes usque in secundum gradum consanguinitatis ex patris vel matris dicto vel facto potestas dicti castri procedere non valeat contra committentes nisi iniuriatus ad iniuriam vero cuius caverit, Si vero ad iniuriam revocaverit aut procedi iniuriatus petierit, tum potestas ad causam seu querelam iniuriati ad penam secundum formam statutorum procedere possit, possitque etiam procedere dictus potestas in maleficiis excessibus et delictis factis inter coniunctos ut supra in casibus in quibus constaret de vulneribus et percussionibus cum sanguinis effusione vel fractura ossorum vel his similibus etiam ex mero officio

De duplicatione penarum R. 13

Pene omnes et singule maleficiorum et excessorum et delictorum quorumlibet que committerentur per aliquem seu aliquos in platea burgi dicti Castri, in platea ante ecclesiam sancte Marine usque ad muros castri intus aliquam ecclesiam, intus castrum predictum, quando itur moratur vel reditur ad mortuum et a mortuo, quando itur ad aliquam adunantiam pro aliqua muliere maritanda, quando ibi statur, vel quando reditur ab ea, duplicentur et debeant duplicari, ac etiam duplicentur omnes et singule pene maleficiorum et delictorum atque excessuum que committerentur in die veneris sancti, in die pascatis resurrectionis domini cum duobus diebus subsequentibus in die nativitatis domini et eius vigilia et duobus proxime diebus sequentibus in festo beate Marine virginis et martiris, Coram potestate dicti Castri et coram prioribus eiusdem castri in palatio communis noctis tempore Et nox intelligatur et habeatur ac reputatur in maleficiis a sero ave marie de sero et de mane in quibus casibus et ipsorum quolibet pene singule duplicentur, que pene non possint duplicari nisi semel tantum in quolibet delicto et excessu neque duplicari possint in iuramentis falsis per sanguinem per clavos aut per aliud aliquod membrum Dei eiusque sanctorum factis in supradictis locis de maleficiis delictis et excessibus que ab aliqua persona committerentur in die sancte marie de Bruna et dum mercati durabit ecclesie, in platea ipsius et prope dictam ecclesiam

per passus centum pro qualibet parte et quolibet latere triplicentur prout
iure formam statutorum dicti castri de quibus nulla concedatur abo=
litio per potestatem predictum

De beneficijs admittendis — R. 14

Inquisitus seu processatus in curia castri nitallorum si comparuerit in
termino ei assignato per dictam curiam ad respondendum inqui=
sitioni et processui contra ipsum formate et fassus fuerit in totum
vel in parte contenta in inquisitione et processu et penam de con=
fessis soluerit ante condemnationem remittatur tertia pars pene
Et si habuerit pacem ab offenso et soluerit ut supra remittatur quar=
ta pars ita et taliter quod admissis omnibus beneficijs confessionis
solutionis et pacis, inquisitus predictus lucretur medietatem pene
in qua incurrerat de maleficijs per ipsum confessis, Condemnati vero
nullo gaudeant beneficio et si inquisitus in contumacia fuerit con=
demnatus de contentis in processu contra ipsum formato, priores pro
tempore existentes pro ipsorum maiori parte possint gratiari dictum
inquisitum usque ad medietatem pene in qua condemnatus fuerat
et non ultra, possintque Priores et auctoritatem habeant omnes con=
cordes taxare et gratiari et componere penas omnes malificiorum
prout eis videbitur et placebit inspecta qualitate maleficiorum
et delictorum Et Potestas stare debeat taxationi facte per dictos
priores tam pro parte sua quam etiam communis dicti castri sub pena
amissionis rate sue et omnis taxa et compositio per dictos prio=
res de maleficijs excessibus et delictis facta teneat et valeat ac si
facta foret per consilium dicti castri omni meliori modo etc.

Potestas non possit aliquem cogere ad confitendum maleficium — R. 15

Potestas dicti castri non possit nec debeat cogere aliquem ad con=
fitendum aliquod maleficium uel delictum nisi probatum fuisset,

contra malefactorem saltem dicto unius testis de visu et quatuor de fama publica quo dicto unius testis de visu uel de fama publica quatuor testium possit et valeat dictus potestas tunc et eo casu procedere contra malefactorem ad confessionem maleficiorum commissi sine tamen tortura, et testes non attineant iniuriato ad tertium gradum consanguinitatis vel affinitatis et possit dictum malefactorem retinere carceratum per tres dies et non ultra nisi legitime constaret maleficium commissum.

De pena iniuriantis Potestatem seu Priores R 16

Si aliqua persona aliqd' maleficium delictum iniuriam uel offensam commiserit contra potestatem dicti castri vel priores et quelibet ipsorum dicto uel facto puniatur in triplicatam penam iuxta formam statutorum dicti Castri de qua offensa uel iniuria facta Potestati dicti Castri ipse Potestas non possit neqs valeat contra iniuriantem ipsum formare aliquod processum nec testes examinare sed priores pro tempore existentes sint iudices competentes et debeant eligere unum notarium prout eis videbitur et placebit ad formand' processus contra dictum iniuriantem et testes examinare et alia facere usqs ad sententiam inclusiue et dicto iniurianti condemnato Potestas ipse executionem sententiae prolate per dictos priores teneatur exequtioni demandare et realiter et personaliter prout dicto potestati uidebitur et placebit ad solutionem pene cogere et compellere et si iniuria uel offensa aliqua fuerit commissa contra aliquem officialem seu aliquam personam ratione officij communis dicti castri in pena duplicata puniatur, et Potestas possit procedere ut supra contra committentes dictam iniuriam uel offensam &c.

Potestas possit procedere de similibus ad similia R 17

Circa omnium et singulorum maleficiorum excessuum culparum et deli-

ctorum punitionem quorum pene non essent in presenti statuto decla=
rate procedatur de similibus ad similia et si simile non inueniret'
procedatur ad arbitrium potestatis dicti Castri ad consilium etiam sa=
pientis

De pena ludentis ad ludum taxillorum R. 18

Statuimus et ordinamus q(uo)d si aliqua persona de dicto castro vel ali=
bi inuentus fuerit in dicto castro et eius territorio ludere ad aliqué
ludum taxillorum cartarum uel ad alios ludos probibitos pu=
niatur ludens in pena trium libram denariorum pro quolibet et qua=
libet vice et a die dominico in palmis per octauam pascatis resur=
rectionis ludens puniatur in duplum et potestas dicti Castri
possit summarie procedere contra ludentes vt supra ad solutioné
penarum sine aliqua diminutione et eadem pena puniatur ludé(n)s
ludendo ante celebrationem omnium missarum in Ecclesia san=
cte Marina celebrandarum (etc).

De pena interficientis animalia aliena R. 19

Bouem iumentum seu asinum alterius uel his similia si quis occide=
rit siue aliquod membrum impedierit per quod eius animal
deterioretur puniat(ur) in pena quinq(ue) librarum denariorum et da=
mnum emendetur in duplum patienti, Si uero aliam bestiam oc=
ciderit seu interfecerit puniatur in medietatem pene et dam=
num emendetur ut supra, super quibus casibus Potestas com=
munis dicti Castri procedere minime possit nisi ad denuntiam
seu querelam damni passi et in estimatione bestiarum predi=
ctarum interfectarum ponantur duo homines v(idelicet) vnus pro qualib(et)
parte et quando dicti duo homines non essent concordes ponat(ur)
tertius per curiam et potestatem dicti castri et dictorum hominum
duorum concordium relationi et estimationi stetur et credat(ur) plene (etc).

De pena molestantis aliquem in possessione R.x 20

Statuimus et ordinamus qd si aliqua persona de dicto castro uel aliu-de aliquem in eius pacifica et quieta possessione et in tenuta per curiam dicti Castri alicui assignata et capta molestauerit turbauerit occupauerit seu modo aliquo molestiam intulerit laborando cultiuando seu alio modo turbando et molestando in pacifica et quieta possessione alicuius rei immobilis seu stabilis pacifice et quiete possesse seu per curiam ut supra assignate puniatur in pena unius scudi pro qualibet et qualibet vice.

De pena claudentis annitum R.x 21

Statuimus et ordinamus qd si aliqua persona de dicto castro vel aliunde clauserit et clausum tenuerit aliquem annitum seu viam vicinalem seruientem possessionem alterius pro ingressu et aggressu contra voluntatem haben talem introitum et exitum pro eundo et redeundo ad eius possessionem siue ad domum propriam uel conductam siue ad fontem uel puteum pro hauriendo aquam puniatur claudens in pena florenorum duorum pro qualibet uice. Et non obstante dicta pena soluta potestas dicti Castri teneatur summarie et sine strepitu et figura iudicij habita prius informatione de iuribus habentis seu habentium annitum et viam predictam pro eundo et redeundo ut supra cogere et compellere claudentem et eius heredem ad aperiendum annitum et viam predictam et apertum manuteneri facere et mandare omni de iure modo meliori etc.

De pena mutantis viam uel cursus aquarum R.x 22

Viam aliquam uel fossatum seu cursum aquarum de suo loco mutare uel impedire nemo presumat uel audeat sine licentia priorum et consilij dicti Castri sub pena unius floreni et totum id qd mutauerit

Potestas teneatur reduci facere in statum pristinum summarie et de facto per dictum mutatorem, et si dicta ob mutationem dampnum aliquod alicui intulerit mutator teneatur ad refectionem damni passi secundum estimationem fiendam per estimatores communi dicti castri etc.

De pena opponentis se baiulo R. 23

Baiulo communis si quis se opposuerit dum iverit ad gravandum vel pignorandum aliquam personam mandato potestatis vel priorum quacumque de causa et occasione vel pignus negaverit et dare noluerit prefato baiulo puniatur summarie per potestatem in pena unius floreni pro quolibet et qualibet vice. Et si pignus per dictum baiulum communis ablatum fuerit alicui persone et postea e manibus dicti baiuli vi et violenter ereptum fuerit puniatur in duplum dicte pene et de predictis stetur et credatur relationi dicti baiuli etc.

De pena non acceptantis officium R. 24

Electus ad aliquod officium communis dicti Castri teneatur et debeat mandato Curie ipsum officium acceptare nisi fuerit iusta et rationabili et evidenti causa excusatus sub pena duarum librarum denariorum sine aliqua diminutione. Et potestas teneatur procedere summarie ad solutionem dicte pene.

De pena facientis turpitudinem in plateis R. 25.

Statuimus et ordinamus quod si aliqua persona de dicto castro vel alibi aliquam turpitudinem seu immunditiam fecerit seu proiecerit in viis publicis, plateis communis ante ecclesias, ante domum alterius studiose et maliciose puniatur in pena unius floreni et summarie per curiam dicti Castri in quolibet dictorum casuum procedatur. duplicetur autem si id fiat in seu intus ecclesiam etc.

Veri...

252

De pena facientis rumorem ante ecclesiam Sancte Marine R.x 26

Dum diuina officia celebrant' in ecclesia Sancte Marine de dicto castro nemo audeat uel presumat ante dictam ecclesiam stare ad faciendum aliquē rumorē seu peruenire ad aliqua verba altercatoria uel contumliosa sub pena triū librarum denariorum sine aliqua diminutione et potestas teneatur summarie procedere contrafacientes ad solutionē dicte pene sine aliqua diminution.

De pena fueratorum R.x 27

Statuimus et ordinamus qd' nulla persona de castro vitallo uel in eo habitās possit per se vel alium aliquo quesito colore mutuare alicui ad vsuras in dicto castro ad penam centum librarum denariorum pro qualibet vice et ad restitutionem pecunie vsurarie percepte et Potestas teneatur et debeat contra tales delinquentes per inquisitionem denuntiationem et accusa' procedere et repertos culpabiles puniat et in supradictis penis condemnare et cuilibet liceat accusare et habeat quartam partem dicte pene et eius nomē teneat' secretum. Volumus insuper qd' nullus notarius de dicto castro vel in eo habitans vel aliunde in dicto Castro possit tales contractus vsurarios conficere nec de eo rogare nec testes possint interesse mutuationi predicte sub pena decem librarum denariorum et sufficiat dictum et depositio duorum testium etc.

De pena extrahentium terminos et plantandi arbores in senaitis R.x 28

Statuimus et ordinamus qd' nulla persona de dicto castro vel in eo habitans vel aliunde audeat uel presumat aliquem terminum vel aliam rem que staret loco termini extrahere vel permutare et commouere auctoritate propria et sine licentia conuicini uel potestatis vel senaitam inter possessionem et possessionē alterius conuicini sub pena viginti librarum denariorū pro quolibet et qualibet vice, et nihil.s tamen terminus vel senaita sic amotus uel amota in statu pristino reponatur. Item eadem pena

puniatur si quis aliquem immiserit auctoritate propria absque licentia potestatis uel non requisito vicino talis possessionis et si inter possessionem suam et possessionem convicini non essent termini et aliquis ipsorum vellet facere foueam uel sepem seu murum inter dictas possessiones minime liceat facienti dictas foueas saepes uel murum sine licentia commissione et eo convocato uel sine licentia Potestatis sub pena florenorum duorum, et quicquid factum fuerit inter dictas possessiones contra dictam formam Potestas teneatur de facto cogere Contrafacientem ad remittendum in pristinum statum, et eadem pena puniatur si quis inciderit arborem uel sepem incertam cuius uere sit inter possessionem et possessionem inrequisito convicino uel sine licentia potestatis Dicimus etiam quod si aliquis uellet facere foueam inter possessionem suam et possessionem convicini debeat dimittere eam in eius possessione et a termino distante per medium pedem et si vellet inserere seu plantare arbores iuxta terminos non possit inserere dictas arbores nisi longe a termino et a senaita per pedem unum et contrafaciens puniatur in pena unius scuti, et potestas predictus teneatur ad requisitionem convicini dictam arborem incidere facere et amouere

De pena proiecentis lapide in tatarena et Riucciani R. 29

Statuimus et ordinamus quod nulla persona de dicto castro uel aliunde audeat uel presumat aliquo modo uel quesito colore proijcere aliquem lapidem uel lapides ad domum alterius sub pena librarum trium denariorum pro quolibet et qualibet vice, et potestas teneatur procedere contra delinquentes summarie ad solutionem pene.

De pena non probantis accusam R. 30

Statuimus et ordinamus quod quicumque accusaverit aliquam personam de aliquo maleficio et dictam accusam non probaverit, accusans puniatur in eadem pena qua puniendus veniret accusatus si dictum maleficium de quo accusatus fuerit ~~non~~ commiserit

De pena intrantis aliunde quam per portam R.x 31

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat uel presumat intrare dictum castrum vel exire aliunde quam per portam dicti castri ad penam librarum decem pro quolibet et qualibet vice et cuilibet liceat contrafacientem accusare et denunciare et credatur accusatori cum uno teste fide digno et teneatur secretus et habeat quartam partem

De pena portantis Arma R.x 32

Statuimus et ordinamus quod nulla persona audeat uel presumat portare arma intus castrum predictum videlicet Stortam pistolesem ensem et arma hastata et his similia et cum dictis armis per dictum castrum ire spatiatum sub pena librarum quinque pro quolibet contrafaciente et qualibet vice, Et hoc non intelligatur contra portantes dicta arma euntes et redeuntes ad domum suam et pro facto suo, neque aliqua persona audeat uel presumat appodiare arma ut supra hastata ante Ecclesiam castri ritallorum et intus portam eiusdem castri sub pena librarum duarum denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice applicandarum ut supra et procedatur summarie etc.

[illegible]

Tervisini

27v

Quartus...

QVARTVS LIBER EXTRĀRDINARIORVM IN QVO VIDEBIS QVE AD EXTRAORDINARIA CONCERNVNT

De possessionibus venderi pro forma molendinorum R. 1

Habentes aliquas possessiones iuxta et prope formā molendinorum existen' in tenimento dicti castri teneatur et debeat dominus possessionis vendere domino molendini tantide dicta eius possessione quā fuerit necessarium pro conficiendo formam molendini facti uel fiendi ad estimam duorum hominum communiter eligen' et si dicti duo homines non essent concordes in estimando ut supra Potestas teneatur eligere tertium et stetur estime duorum dictorum hominum et dominus possessionis teneatur vendere ut supra sub pena librarum . . . Et predicta potestas dicti castri teneatur vinculo iuramenti infra octo dies postquam domino molendini requisitus fuerit observari facere

De arboribus et sepibus incidendis R. 2

Arborem vel pediconem pendentem a pedibus octo infra versus terram possessionum alterius vel supra vias publicas seu vicinales dominus arborum uel laborator ipsius possessionis teneatur infra decem dies a die requisitionis facte per dominum possessionis legme seu per viarios communis dicti castri eam incidere seu incidi facere sub pena librarū decem denariorum in casu non paritionis et nihilominus potestas et viarij

teneantur incidi facere dictam arborem ut supra pendentem et ligna ipsius arboris sint potestatis ipso iure et procedi possit et debeat summarie quoad penam et incisionem et similiter procedatur de pergulis pendentibus ut supra Arbor vero pendens et vias occupans et impediens transeuntes liceat transeuntibus et unicuique eam incidere aut incidi facere impune et sine aliqua pena, spina vero et sepem pendentem supra possessione vel fovea alterius liceat domino possessionis et fovee ea et eam incidere quantum pendet supra possessione et foveam suam sine aliqua pena, et si aliqua arbor esset in possessione aliena teneatur dictus talis arboris eam vendere domino possessionis in qua dicta arbor esset, et si de pretio non sunt concordes eligantur duo homines ad extimandum dictam arborem, et iuxta dictam extimationem vendere teneatur ut supra Et si uendere noluerit liceat domino possessionis eam impune incidere et eo modo procedatur de arboribus existentibus in possessione forensium et pendentium super possessione hominum dicti castri vel super viam et si dominus possessionis et talis forensis vel laborator eam incidere noluerit ut supra, unicuique liceat in dicta arbore damnum inferre absque aliqua pena in dicta arbore et possessione

De remotione et disgombratione lamarum Rx 3

Lamam que ceciderit de possessione alicuius super viam vel super possessionem alterius dominus possessionis sive laborator eiusdem possessionis unde lama ceciderit teneat infra terminum sibi assignandum per potestatem dicti castri dictam lamam eleuare et in pristinum statum reducere quam si non eleuauerit infra dictum terminum liceat domino possessionis in qua dicta lama iacet de ea facere quicquid voluerit sine pena, Si uero in aliqua uia ceciderit debeat dominus possessionis unde dicta lama ceciderit infra octo dies ipsam lamam de dicta via eleuare ad penam librarum trium denariorum summarie procedendo et nihilominus potestas teneatur cogere et compellere dominum dicte possessionis unde ceciderit dicta lama ad eam remouendum et viam disgombrandum et in pristinum statum reducendum

Quod statutum loquens contra libertatem S. M. e. sit cassum Rx 4

Si quod capitulum in presenti statuto esset quod quovis modo loqueretur contra honorem

Sancte Matris ecclesie et superiores non valeat nec teneat et habeatur pro non facto et scripto et intelligatur cassum irritum cancellatum et nullum in qualibet sui parte et pro casso et cancellato et annullato ab omnibus habeatur et reputatur omni meliori modo

De Salario dando Nuncijs cōis R. 5

Nuncij seu ambassiatores communis castri predicti electi et deputati per consilium vel priores dicti Castri non possint petere nec habere pro eorum mercede nisi bon enenos octo pro quolibet die et quolibet nuncio absque alijs expensis, et hoc intelligatur pro eundo spoletum Montefalcū et ad aliū locū conuicinū si uero longius ire contigerit priores habeant constituere et taxare salarium habita ratione temporis itineris et negocij per que ambassiatores trasmittuntur

De remotione capidecinor. et custodum obligatione R. 6

Capudicinas hominum dicti castri hoc modo potestas et priores facere teneantur et procurent vz prefati potestas et priores in palatio cohadunati faciant conuocari duos homines pro qualibet villa dicti castri et eis detur iuramentum per dictum potestatem de assignando et dicendo veritatem, qui homines teneant et quilibs de villa sua assignare omnes homines etatis annorum a quatuordecim supra usque ad sexaginta annos et potestas teneatur eos scribere in eius libro qui homines assignati et scripti ut supra teneant per ordinem singuli prout descripti sunt et eis per baiulum publicum dicti castri preceptū fuerit per diem unū antea uel per dies quatuor antea, precessū fuerit ut supra se conferre ante hortum solis in die sibi prefixo et assignato per dictum baiulum in palatio communis dicti castri coram potestate seu eius officiale et cū dicto potestate seu officiali ire ad dd per Terram dicti castri per dictum diem sibi prefixum pro quolibet homine descripto et assignato ut supra usque ad occasum solis et Baiulus non possit transgredi in percipien homines descripto nisi ordinatim prout in libro scripti sunt, Contrafaciens autem baiulus puniatur per potestatem in pena unius floreni de suo salario retinen summarie, Et si dictus potestas uel eius officiales voluerit ire ad dd noctis tempore teneat ire etiam

per noctem qui custos teneatur medio iuramento assignare omnes inventiones
et accusas factas per ipsos officialem et custodem iuste et sine fraude potati
predicto et deficiente dicto custode et non se conferente ut supra prout impo=
situ ei fuerit per baiulum dicti Castri puniatur in pena unius libre et potestas
vel officialis possit et valeat sumptibus dicti custodis deficientis accipere alium
hominem pro custode de hominibus descriptis et assignatis ut supra et non alr'
Et si fuerit tempore messis, custos deficiens teneatur solvere pro mercede dci
hominis assumpti per dictum potestatē bonen' octo, et de omnibus dd. factis in
illo die per dictum hominem assumptum cum dicto potestate vel officiali credat
et stetur medio iuramento eius relationi que habeatur pro legitima et si cu=
stos non esset etatis supra quatuordecim annis non possit ire ad dd. ut supra
nec ei in dictis dd. credatur

De cereis dandis Ecclesiys Rx 7

Ad honorem omnipotentis dei beatae Mariae virginis beatae Marinae virginis et mar=
tiris, beati Francisci sancti Martini et omnium sanctorum et sanctarum Dei sta=
tuimus et ordinamus qd' communitas nostra debeat quolibet anno amore Dei lar=
giri infrascriptam librarum cere summam vz in festo sanctissimi corporis Christi, so=
cietati dicti sanctissimi corporis Christi de dicto Castro libras quatuor albe cere
in festo resurrectionis domini nostri Iesu Christi alias quatuor libras cere, fratribus
ecclesie Sancte Marine predicte, in festo sancti Francisci alias quatuor libras cere
in festo Sancti Martini similiter alias quatuor libras cere Et in festo beate Marine
predicte libras viginti carnis castratine prefatis fratribus, et in vigilia prefate s^te
marine Potestas et Priores dicti castri teneant' et debeant fieri facere luminaria
more solito et consueto.

Condemnatio facta non possit remitti Rx 8

3 Condemnatio aliqua contra aliquē lata in totum vel in parte modo aliquo directe
vel indirecte tolli, remicti, suspendi, cassari aut irritari non possit, aut eius so=
lutio prorogari, et si fierent predicta aut aliqd' predictorum non valeat ipso iure

Et si quis consulerit dixerit uel arrengauerit contra predicta uel aliquod predictorum puniatur qualibet vice et pro qualibet in libris quinquaginta denariorum et nihilominus quicquid ex tali dicto consilio uel arrenga sequeretur nullum sortiatur effectum et ipse potestas habeat quartam partem de facto auferenda contra talem arrengantem uel consulentem alia quarta pars sit Camere apostolice residuum uero sit communis dicti castri et summarie procedatur ut supra

Principalis teneatur suum fideiussorem indemnem conseruare Rubrica 9

Principalis teneatur suum fideiussorem extrahere et conseruare indemnem ab omni promissione et obligatione facta per fideiussorem ad petitionem principalis et curia uel potestas dicti castri summarie in his procedere possit et valeat ad petitionem petentis sine strepitu et figura iudicij volentes principalem seu principales prius quam fideiussores in ciuilibus conueniri non obstante renunciatione facta de suis beneficijs per eundem in instrumento ac in iuramento interposito

De formis molendinorum cauandis Rubrica 10

Habentes molendina in Catarena vel Rigucciano in tenimento dicti castri teneantur et debeant ipsa molendina temporibus quolibet reaptare et manutenere hoc modo videlicet illi quorum est molendinum desuptus debeat cauare et adaptare formam eorum molendini ita et taliter quod molendinum superius existens nullum damnum patiatur et illi quorum est molendinum superius teneatur et debeat remittere et retinere aquam per foueam molendini contrafaciens in aliquo predictorum in viginti solidos denariorum vice qualibet puniatur summarie

De molendinarijs et ante ipsorum Rubrica 11

Molendinarij molendinorum ad granum de dicto Castro teneatur bene fideliter et legaliter macinare bladum et habere in quolibet eorum molendino unum Coppum de ferro vel ramine sigillatum sigillo dicti communis et sit capax dictus coppinus et teneat tantum granum quod sit ponderis librarum

et molendinarius de grano per ipsum molendo uel macenando possit et valeat accipere cuppuru vnum pro qualibet cuppa grani et bladi contrafaciens puniatur qualibet vice in libris quinque denarior et ad refeltionem grani vltra predictam summam percepti et teneatur quilibet molendinarius bene diligenter et sine fraude granum et bladu macinare

De foueis cauandis et manutenendis R 12

Habentes tenentes vel laborantes terras seu possessiones iuxta uias publicas uel vicinales teneantur cauare foueas et cauatas manutenere iuxta ipsas vias videlicet a suo latere quantu tendit possessio sua maxime vbi solitum est foueam esse sub pena Vnius libre denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice et Potestas teneatur predicta obseruari facere ad pena decem libraru de suo salario retinendor et super predictis possit procedere dictus potestas summarie et de facto ad solutione dicte pene et ad faciendum fodere foueas iux vias publicas existen et solitas permanere et manutenere excauatas

De aqua Stillicidior R 13

Domum habens in dicto castro et eius territorio teneatur et debeat colligere aquam Stillicidiorum suoru domus sue ita qd alicui suo vicino in domo uel alibi damnu aliquod non inferat seu faciat sub pena libram decem denariorum

Nemo liceat in Tatarena et Ruicciano proycere lapides R 14

In tatarena et rucciano durante territorio cuilibet de dicto castro liceat lapides et arenam colligere et addunare et addunatam uel addunatos portare et nemo debeat lapides et arenam predictos sic congregatos asportare seu leuare uel spargere sub pena librarum quinque denarioru pro quolibet contrafaciente et qualibet vice et nemo possit prohibere adunanti uel colligenti de dicto castro dictos lapides et arena forensis uero non possit nec debeat lapides et arena in supradictis locis colligere nec addunare sub pena denar librar quinque et officialis dd uel potas posset et valeat accusare

30v

Quarta ...

Communitas teneatur defendere terram in confinibus Rx 15

Habentes possessioné seu possessiones in confinibus territorij dicti castri et ab aliquo communi vexarent uel molestaretur pro ipsis possessionibus debeant per communitatem dicti Castri defendi si per arengam dicti Castri ordinatu et deliberatum fuerit aliter non

De pena dampnumdantis in Carbonaria communis Rx 16

Carbonaria communis castri predicti quando fuerit accortumata durante cortumo nemini liceat in ea retinere ad pasculandum nisi conducentibus sub pena et ad penam

De muris emendis Rx 17

Murare quicunque voluerit pro domo facienda possit et valeat ponere atque construere in casaleno seu muro communi suis et sui consortis capiendo medietatem fundamenti seu muri de casaleno seu muro sui consortis et debeat relinquere morsas in loco opportuno et talis consors cum in ipso muro medietatem aut partem aliquam habere voluerit teneatur dare ac soluere pro medietate illius partis quam carere de tali muro voluerit domino muri ad rationem viginti librarum denariorum pro pertica et tantum dicti muri sit communis quantum soluerit domino muri predicti qua solutione facta liceat emptori predicto in muro predicto domum edificare ligna imponere et immittere et omnem commodum ipsius percipere de ipso muro et efficiatur dominus dicti muri sicut eius consors pro illa parte quam soluerit.

De modo seruando in contractibus mulierum Rx 18

Mulier cum aliquem contractum seu obligationem fecerit cum aliqua persona ipsum uel ipsum facere teneatur et debeat cum presentia et voluntate duorum suorum proximior

Consanguineorum aliter contractus et obligatio facta contra dictam formam sit nullus et nulla penitus ipso iure et si consanguineos aliquos dicta mulier non haberet contractus et obligatio predicti fieri debeat coram potestate dicti castri cum presentia duorum vicinorum dicte mulieris uel duorum priorum dicti castri aliter contractus et obligatio ut supra sit nullus et nulla, Addentes quod si mulier habeat virum debeat fieri cum eius Consensu uel saltem requiri seu citari

De pena aucupantis ad columbas R. 19

Ad columbas nemo audeat uel presumat aucupare uel vecellare nec alienas columbas capere cum rete laqueo uel aliquo alio modo, contrafaciens soluere debeat pro qualibet columba libras quinque denariorum et damnum emendet patienti in quatruplum, et quilibet possit accusare, denuntiare, cum iuramento et stetur et credatur et teneatur secretus et habeat quartam partem

De pena facientis paratam in Aluio et tatarena R. 20

Paratam facere iuxta alios tatarene et Ciucciam ex quacunque parte seu latere quis voluerit cuilibet liceat, ita tamen quod ipsis Alueis aut ipsorum alteri seu in possessione alicuius non inferat damnum nec ipsam aquam deuiare uel Extrahere de cursu suo nemo audeat uel presumat, ad penam librarum quinque pro quolibet contrafaciente et qualibet vice

De instrumento recolligendo R. 21

In instrumentum aliquod si quis alicui notario scribere et publicare faceret et facerет ipsum recolligere teneatur infra quinque dies post factum instrumentum soluendo notario de competenti mercede de qua extractione instrumenti stetur et credatur iuramento notarii extraentis et de mercede dicti instrumenti stetur declarationi potestatis dicti Castri siue duorum notariorum per partes Eligendorum

Quarta.

De cloacis manutendis Rx 22

Cloace murorum dicti communis per quas aque labuntur et fluunt extra dictum
Castrum aperte maneant et nemo in eis aut ipsarum aliqua letamen aut aliquid
aliud proijceat de quo cursus decurrentis aque per ipsas cloacas uel per quamlibet
ipsarum valeant quomodolibet impediri, contrafaciens in predictis aut altero
predictorum puniatur pro quolibet et qualibet vice in libras .

Coptumatores teneant seruare capitula Rx 23

Conductores seu coptumatarij emolumentorum communis dicti castri qui aliquod
emolumentum accoptimauerint et conduxerint a commune prefati castri teneant
et debeant ad vnguem omnia et singula capitula et conuentiones factas cum dicto
communi obseruare et manutenere et pretium conuentum de emolumento con-
ducto integrum communi predicto satisfacere sine aliqua diminutione et gratia
de quo pretio capitulis et conuentionibus nec per Priores neque consilium dicti
Castri aliquo quesito colore uel causa possint neque valeant aliquem conductorem
seu coptimatarium dicti communis gratiari, Et si aliquis ex prioribus uel con-
siliarijs pro aliquo conductore et ad fauorem in consilio locutus fuerit seu consuluerit
puniatur in pena scutorum vigintiquinque pro quolibet contrafaciente et qualibet vice
applicandorum camere Apostolice pro medietate, et pro residuo Potestati et communi dicti
Castri pro equali portione, nihilominus quicquid contra predicta dictum factum vel dictum
seu gratiatum fuerit ad fauorem talis conductoris sit nullum ipso iure et facto, Et
Potestas et Priores futuri debeant conductorem gratiatum exigere et cogere et com-
pellere et compelli facere ad soluendum totum id et quicquid gratiatum fuerit
et penam incursam per contrafacientes teneanturque etiam conductores et coptima-
tarij dicti communis in instrumento conductionis et locationis prestare fideius-
sores idoneos de obseruando capitula et conuentiones et soluendo pretium con-
uentum et instrumentum locationis aliquo modo fieri non possit per priores con-
ductoribus emolumentorum dicti communis nisi cum fideiussore sub pena scu-
torum duorum pro quolibet priore contrafaciente applicandorum potestati pro vno quar-
to et pro residuo ut supra .

Quartus.

De modo uendendi vinum R. 24

Statuimus et ordinamus qd si aliquis in dicto castro uel eius territorio vendeℓret vinum et oleum ad minutum alicui persone teneatur vendere cum bocali seu medio uel folgetta iustis et sigillatis cum sigillo communis et contrafacientes puniatur pro quolibet et qualibet uice in bonen' octo applican' Potestati et communi equis portionibus et possit potestas procedere summarie et de facto ad solutione pene predicte et priores pro tempore existentes teneantur fieri facere sigillum communis predicti pro sigillando dictas mensuras sumptibus communis teneantur etiam sigillare ad petitionem cuiuslibet petentis dictas mensuras soluto comuni predicto bonen' vnum pro quolibet sigillo et facto dicto sigillo debeat banniri per baiulum in communis dicti castri in locis solitis et consuetis dicti castri.

Porchettarij possint retinere porcos certo m°. R. 25

Statuimus et ordinamus quod porchettarijs et mercatoribus porchorum indifferenter liceat et licitu sit retinere in territorio castri predicti dictos porchos seu porchettas per dies decem a die emptionis sine pena aliqua dummodo damnum aliquod non inferat et si damnum dederint soluant Domini ipsorum porcoru pena iux formam statutoru et emendatione damni damnopasso Quibus decem dieru elapsis teneantur domini dictoru porcorum extra dictum territoriu extrahere sub pena amissionis seu perdictionis dictaru bestiaru applican' communi et potestati equali portione.

De m°o retinendi veruecu R. 26

Statuimus et ordinamus qd hominibus dicti Castri liceat et sit licitu retinere vervecces quatuor pro quolibet foculari et non ultra et si plures retinuerit incidat in penam amissionis bestiarum superfluarum et vnius floreni applican' Potestati et communi dicti Castri vz Potas habeat et habere debeat quartam parte dicte pene, coitas uero residuum.

Homines dicti castri possint retinere porcos certo modo R. 27

Statuimus et ordinamus qđ homines dicti castri possint et valeant retinere pro quolibet
foculari porcos tres masculos hoc modo vz de omni tempore porcum unum, et à die
festivitatis sancte marie de mense Augusti usqz ad carnisprivium possint retinere por-
cos tres masculos ut supra, et si plures retinuerint incidant in penam amissionis porci
superflui et unius floreni applican' potestati et communis dicti castri equali portione
et possit potestas procedere summarie et de facto ad solutionem pene, vz quarta pars
dicte pene sit Potestatis, residuum vero cõitatis dicti castri.

Forenses possint retinere bestias certo modo R. 28

Statuimus et ordinamus qđ forenses habitantes in dicto castro vel eius territorio
non possint neqz valeant aliquo quesito colore retinere in territorio dicti castri bestias
castratinas vel porcinas aliquas nisi per ipsos forenses et habitantes ut supra fuerint so-
lute collecte communi dicti castri ad rationē bonenor, sex pro singula buccha mascu-
lina à quatuordecim annis supra usqz ad sexaginta, et dictis collectis solutis ad dicam
rationem ut supra tunc liceat dictis forensibus et habitantibus retinere in tenimento
dicti castri verveces sen castratos quatuor et porcos tres eo modo et forma et temporibus
prout homines dicti castri retinent, et contrafacientes puniantur in pena amissio-
nis dictarum bestiarū ac sub pena unius floreni applican' potestati et communi
equali portione et summarie dictus potestas procedere possit

De modo appaltandis emolumenta dicti castri R. 29

Potestas et Priores dicti castri pro tempore existen' teneant' et debeant appaltare
vendere seu accoptimare et locare omnia et singula dicti cōmunis emolumenta
domos et terras in festivitatibus pentecoste plus offerenti et melius facienti pro
commune predicto ad candelas accensas ad portam dicti castri seu in palatio
cōis prout cōsilio dicti castri videbitur et placebit, et instrumenta dictorū emo-
lumentorū domorū et terrarū locatarum et appaltatarū ut supra, Potestas dicti
castri teneatur per ordinem unum post aliud scribere et annotare in libro loca-
tionum cōis dicti castri sine aliqua mercede.

De pena retinentium bestias pecudinas R 30

Statuimus et ordinamus qd' nulla persona de dicto castro vel in eo habitans audeat vel presumat in territorio dicti Castri retinere bestias pecudines caprinas et porcinas femeninas sub pena amissionis dictarum bestiarũ et floren' duorũ pro quolibet contrafaciente et qualibet vice applican' potati et Cõi pro equali portione summarie procedend' per dictum potestatẽ.

De pena vendembiantis ante ordinẽ R 31

Statuimus et ordinamus qd' nulla persona audeat vel presumat vindembiare aliquam possessionem tam suam q3 ad laboritium detemptam seu possessionẽ alienam ante tempus et terminũ deliberatum per consiliũ communis dicti Castri ante festum sancti Angeli de mense settembris sub pena florenorum duorum pro quolibet contrafaciente applican' potestati et communi dicti Castri equali portione et possint summarie procedere ad solutionem dicte pene et quilibet possit accusare et credatur cum iuramento cum uno teste fidedigno et habeat quartã partẽ dicte pene nec possit aliqua persona ut supra sine licentia potestatis et priorum dicti castri ante dictum tempus facere bruschittum pro siccando uvas nec eas appendere sub dicta pena ut supra applican' et quilibet possit accusare ut supra et habeat quartam partem ut supra.

Potestati credat' in dd extraordinarijs R 32

Potestas dicti Castri possit et valeat procedere super damnis datis et extraordinarijs per ipsum inuentis et credatur ei cum uno teste fide digno usq3 ad summã unius floreni, et omnis inuentio uel accusa damnorum datorũ et extraordinariorum per dictum potatem cum uno teste facta valeat et teneat ipso iure non obstantibus quibuscumq3 in contrarium facientibus etc.

Locertus

De festiuitatibus custodiendis R. 33

Statuimus et ordinamus qd' nulla persona de dicto castro uel habitator in eo et eius
territorio audeat uel presumat aliquod exercitiu' manuale uel opus seruile facere
nec fieri facere in diebus et festiuitatibus infrascriptis vz in die dominico, in dieb9
veneris sancti de mense Martij diebus festiuitatibus gloriose virginis mariæ
in die festiuitatis sancte marine martiris in die Sancti martini, in die Sancti
sebastiani, die natiuitatis domini nri Iesu xpi, die Sancti Stefani sancti
Ioanni euangeliste, Sanctoru' innocentium sancti Siluestri die circu'cisionis
domini, die pascatis resurrectionis domini nostri Iesu xpi, die festiuitatis Pe'
tecoste cu' duobus diebus sequentibus, die festiuitatis omniu' sanctorum, oi'bus
diebus festiuitatu' duodecim apostoloru' et euangelistaru' die festiuitatis Sti.
Michelis arcangeli de mense settembris, die festiuitatis sancti Ioannis batte
die festiuitatis sancte marie de bruna vz dies eius aduentus, die sancte Anne
et die beati Francisci sub pena bonenen' duorum pro quals persona contrafa-
cien' et dominus possessionis uel laborator teneat' ad penam predictam sol-
uen' pro operarijs et famulis suis laborantibus in supradictis diebus et festiui-
tatibus vz de festiuitatibus non contentis in motuproprio Sanctissimi D. N. PP
Pij quinti contrafacientes soluant pro quols bonen' duos et priores pro tempor'
existen' omnes concordes habeant auctoritatem de dictis festiuitatibus in
motuproprio non contentis dare licentiam laboran' circa autem festiuitates
Contentas in motuproprio, obseruetur motus proprius in omnib9 et per oia &c
. addit' est festiuitas S. Gregorij [illegible] ex ordine [illegible] fact' die 14 Aprilis 1602 [illegible].

De modo uendendi Emolumenta communis annuatim . R. 34

Statuimus et ordinamus qd' Priores dicti castri qui pro tempore erunt in offitio prio-
ratus non possint quoquo modo neq' debeant locare seu appaltare emolumenta co'is
dicti Castri vz macellum [illegible] panattariæ et alia dicti co'is emolumenta
[illegible] domos possessiones et terras dicti co'is nisi per annu' vnu' et annuatim cum
capitulis quo ad locationé macelli qd' conductor teneat' obseruare sagiu' tunc
datu' et [illegible] per [illegible] et Priores dicti Castri conductoris dicti Ma-
celli habitu' de Terra Montisfelchi siue de Terra Preuij et hoc sit ad arbitrium

dictorum Priorum, quo vero ad locationem panattarie cum capitulo quod unicuique de dicto Castro liceat facere panem ad vendendum iuxta tabulam Mag.ce Civitatis Spoleti existentem in palatio communis dicti castri, dummodo panem cum sigillo dicti conductoris sigillatum et solvere teneatur quilibet panifaculus conductori tunc temporis pro dicto sigillo bonenenos duos pro qualibet cuppa grani, et contrafaciens incidat in penam amissionis panis non sigillati et non iusti ponderis, et unius floreni applicandorum potestati predicto conductori et communi dicti castri equis portionibus, Panemque vero sigillum videlicet ut dicitur pane de artenitura unicuique de dicto castro liceat facere ad vendendum absque sigillo et solutione aliqua, et teneatur vendens panem predictum dare duplum pondus panis boni et recipientis sub dicta pena et panis amissione, liceat et unicuique tam de dicto Castro quam alibi in mercatu vel die mercati sancte Marie de bruna de dicto Castro facere panem ad vendendum sine aliqua solutione et sigillatione sigilli predicti iuxta supradictam tabulam et aliter locationes predictorum emolumentorum factas non valeant neque aliquo modo teneant, et Priores vendentes dicta emolumenta contra supradictam formam incidant in penam unius scuti pro quolibet priore applicandi pro quarta parte potestati et pro residuo communi predicto et procedatur summarie.

Quomodo Soluantur dotes promisse mulieribus. R. 35.

Statuimus et ordinamus quod dotes mulierum promisse marito seu maritis hoc modo et temporibus infrascriptis solvantur et solvi debeant videlicet florenos viginti pro centinario promittens dotem seu dotes predictas solvere teneatur annuatim marito seu mulieri dotate sive eius heredibus post matrimonium copulatum usque ad integram solutionem dotis promisse, et nemo de dicto castro possit cogi et compelli ad solutionem et tradendum dotem promissam per ipsum ut supra nisi pro quantitate et summa dictorum florenorum viginti pro singulo centinario annuatim ut supra incipiendo die copulati matrimonij et ut sequitur finiendo et Potestas dicti castri debeat et teneatur observare et observari facere presens capitulum et Statutum inviolabiliter ab omnibus hominibus dicti castri sub pena scutorum decem applicandorum camere apostolice executioque communis contra dictam formam commissa et exequta ipso iure et de facto sit nulla et nullius valoris vel momenti omni meliori modo.

Quartus

Coptimarij macelli nō possint tenēre nisi 70 verueces. R. 36.

Statuimus et ordinamus qd̄ coptimatorij macelli nostri castri non possint
neq3 valeant retinere pro usu dicti macelli nisi veruuces septuaginta
& excedenˀ dictum numerum cadant in penā vnius floreni pro singulo
castrato seu verruces applicanˀ Cōi et potestati equis portionibus et Po-
testas possit procedere contra inobedientes summarie pro iure.

LIBER QVINTVS IN QVO DAMNADATA ET PENAS EORVM VIDEBIS

Quinimp[illegible]

Potestas teneatur facere observare capitula dd. cap.° 1.

1 Statuimus et ordinamus qd' in omnibus et singulis penis damnor(um) dator(um) que commit=terentur in territorio dicti castri Potestas et officialis teneant' et debeant observar' et observari facere infrascripta capitula vulgari sermone scripta ad maiorem in=telligentiam hominum et personarum dicti Castri v3 Imprimis.

2 Imprimis bestia grossa bovina porcina asinina mulina et cavallina dante d'ano à Zaffarame cada nella pena de bolignini otto per ciaschesuna de dette bestie et le porcine bestie s' intendano esser bestie grosse, et bestie minute dando dante in dcõ luogo cada in pena de bolignini uno per ciaschuna bestia.

3 Item bestie grosse dante dantto à grano da calende d' Aprile sino che sarrà metuto ca=da nella pena de bolignini quattro et da quello à dietro, de bolignini dui. et bestie minute danno dante nel sopradetto grano d' ogni tempo cada nella pena de bulignini uno per cias=chuna bestia minuta.

4 Item bestie grosse d'anno dante à biadi ligumi surchi panichi veccie et altri simili cada nella pena de bolignini dui per ciaschuna bestia, et bestie minute de bolignini uno per ciaschuna bestia.

5 Bestie grosse danno dante à horti de moscatelle, cauli, agli, cipolle, cepolle, fasciolı, [illegible]=che et altri simili etiam seminate in possessione et fore de detti horti, cada nella pena de bolignini dui per ciaschuna bestia, et bestie minute in bolignini uno per ciaschuna bestia.

6 Bestie grosse danno dante pascolando ad horti de pertecbe et propagene cada nella pena de carlini dui per ciaschuna bestia. et bestie minute in bolignini dui per ciaschesuna de dette bestie.

7 Bestie grosse danno dante, à Gianna oliva mela cada nella pena de bolignini. dui per Ciaschuna d' esse bestie. et bestie minute de baiochi uno per ciaschesuna bestia, et alla gianna se possa cominciare à accusare dopo sanct' Angelo del mese de Settembre in sino et per tutto il mese de novembre et da quello in poi non se ce possa accusare se no de cõmissione del padrone della gianna. et alla oliva dopo la festa de santo Simone del mese de ottobre.

8 Bestie grosse dd. à canepa et lini cada nella pena de bolignini dui per ciaschuna be=stia, et bestie minute bolignini uno.

[illegible]

9 Bestie grosse dd. à mete d'[illegible]boni di grano biadi et legumi et à gregne cauli di grano et biadi et legumi cada nella pena de bolignini quattro per ciaschesuna bestia et bestie minute bolignin uno per ciaschesuna.

10 Bestie grosse à dd. à pagliari et à mochi di paglia fieno surchi et panico cada in pena de bolignini dua per ciaschuna bestia, et bestia minuta non.

11 Bestie grosse trouate à pasculare nelle possessioni bannite cada in pena de bolignini uno per ciaschuna bestia, et bestia menuta nella mità, et che non se possa far bannir se nò modioli tre de terra per ciaschun foco.

12 Bestia grossa dd. à pergure rodendo d'alto da calende dè maggio insino che sarà vendembiato cada nella pena de bolignini quattro per ciaschuna bestia dannificante ò magnante uva, et questo stia à Relation della guardia.

13 Bestie grosse dd. à pergule giacente in terra nelli predetti tempi cada nella pena supradetta et bestie minute dd. alle dette pergule giacen in terra cada nella pena per ciaschuna bestia de baiochi uno.

14 Bestie grosse dd. à prantoni rodendo d'alto cada nella pena de bolignini quattro per ciaschuna de dette bestie.

15 Bestie grosse dd. rodendo da alto arbori fruttiferi vz de mela pera brugnoli et fiche cada nella pena de bolignini quattro per ciaschuna de dette bestie.

16 Bestie grosse à dd. à ensiti de frutti di qualsivoglia sorte cada nella pena de bolignini dece per ciaschuna bestia grossa.

